EMENDATIONES
LOCORUM ALIQUOT HOMERICORUM

SCRIPSIT

ET

PRO HONORIBUS MAGISTRI ARTIUM RITE PETENDIS

POSTRIDIE CALENDAS FEBRUARIAS H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

SEVERINUS LUDOVICUS POVELSENIUS

ADIUNCTUS SORANUS.

SECUNDAS DEFENSIONIS PARTES AGET

GUILIELMUS SILFVERBERGIUS V. D.

CANDIDATUS SACROSANCTI MINISTERII.

HAUNIÆ.

TYPIS EXCUDEBAT J. D. QUISTIUS.

MDCCCXLVI.

Hanc dissertationem facultas philosophica universitatis Hauniensis dignam judicat, quæ pro gradu magisterii publico eruditorum examini submittatur.

D. XXIII m. Januarii a. MDCCCXLVI.

A. Oehlenschläger,
h. a. dec. fac. philos.

Quum magnæ sit prudentiæ magnæque curæ libros veterum scriptorum emendare et enarrare, hoc munus qui profitentur, quemcumque scriptorem recensendum aut interpretandum susceperunt, si modo recte et ratione fecerunt, magnam laudem eamque prope parem meruisse videntur. Sed quoniam utraque ars non solum per se ponderanda est, sed etiam hoc habet momenti, quod non nisi apertis et purgatis fontibus ad plenam et accuratam totius antiquitatis cognitionem perveniri potest, maiore quodam cum fructu fecisse existimandi sunt et quasi cumulatiore cum laude, qui in litterarum monumentis, quæ aut scriptoris indole orationisve virtutibus præter cetera commendantur, aut rebus et sententiis ad vetera illa tempora illustranda maxime pertinent, recensendis aut enarrandis operam collocaverunt.

Hoc quum per se pateat, tum si a primis initiis artis grammaticæ omnium temporum memoriam repetimus, doctorum hominum consensu ita comprobatum reperiemus, ut ad eos scriptores et poetas,

qui in suo quisque genere principes exstitissent, recognoscendos et illustrandos quasi certatim se conferrent, qui doctrina et ingenio maxime præstabant.

Ita factum est, ut numquam deessent, qui in carminibus Homericis edendis explicandisque elaborarent. Nam sive scriptoris ingenium orationisve virtutes spectantur, hic ceteris omnibus adeo antecellit, ut laudes æmulari ausus sit nemo, iique, qui in eodem genere elaboraverunt, ita præstantissimi iudicentur, ut quisque ad huius similitudinem proxime accedere videatur; sive momenta ponderantur eorum, quæ ad condicionem, vitam moresque antiquitatis illustranda pertinent, ne hoc quidem loco cuiquam eorum, qui in ullo genere primi sunt, posthabendus. Nam si reliqui magnam utilitatem afferre recte putantur, si qui per brevius longiusve temporis spatium unam aliquam aut paucas humanæ vitæ partes illustraverunt, magnoque in honore sunt permulti, qui aut res domi bellique gestas memoriæ prodiderunt, aut urbes regionesque descripserunt, aut rerumpublicarum status, mores hominum, cultus deorum litteris mandaverunt, denique qui ulla in re illorum temporum cognitionem adiuverunt: qui honor satis magnus poetæ haberi potest, qui perfectam Græcæ gentis adolescentiæ imaginem omnibusque numeris absolutam solus expressit. Quodsi fructus

uberrimus, qui ex universa totius antiquitatis cognitione petitur, hic est, ut, quum locorum temporumque momentis, quæ ab his sunt diversissima, naturam humanam temperatam contemplati simus, quæque inde oritur, cogitandi, loquendi, agendi, vivendi perspexerimus differentiam, ita intelligamus, quid sit huius naturæ proprium, quid externarum rerum momentis debeatur: eandem utilitatem nescio an solus afferat Homerus, qui naturam humanam temporibus beatissimis maximeque propriis vi iuvenili efflorescentem viva et plena imagine ante oculos proposuit.

Quo magis recensione subtili et diligenti, interpretatione tenui et composita carmina Homerica digna videantur, hoc quoque accedit, quod huic poetæ cognoscendo in scholis aut soli aut cum paucis plurimum brevis illius temporis, quod Græcis litteris relictum est, recte tribuitur, et ab eodem scriptore studiorum initium fere faciunt, qui, primis elementis perceptis, pleniorem et subtiliorem grammaticæ artis scientiam quærunt. Qui quum ad hæc studia accedant omnis rationis ignari, erat id quidem optandum, ut, qui superiorum interpretum vestigiis insistens de rebus et sententiis quærere assuevisset, lectione finita præter eam rerum sententiarumque cognitionem, qua singulorum scriptorum notitia continetur, etiam communi aliqua facultate usuque comparato, ad alios scriptores transiturus quandam

EMENDATIONES
LOCORUM ALIQUOT HOMERICORUM

SCRIPSIT

ET

PRO HONORIBUS MAGISTRI ARTIUM RITE PETENDIS

POSTRIDIE CALENDAS FEBRUARIAS H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

SEVERINUS LUDOVICUS POVELSENIUS

ADIUNCTUS SORANUS.

SECUNDAS DEFENSIONIS PARTES AGET

GUILIELMUS SILFVERBERGIUS V. D.

CANDIDATUS SACROSANCTI MINISTERII.

HAUNIÆ.

TYPIS EXCUDEBAT J. D. QUISTIUS.

MDCCCXLVI.

singulorum locorum contextus, veterum interpretum testimonia, harum rerum ea ratio est, ut optime agatur, si universis convenientibus loci interpretatio aut vocabuli significatio constituatur, si minus, hic delectus habendus sit, ut in testimoniis veterum interpretum hoc utique meminerimus, carmina Homerica tum denique explicari coepta, quum non iam ab omnibus, qui Græce loquerentur, plane intelligerentur, in contextu sequendo circumspectum iudicium adhibeamus, communem Græci sermonis usum ut certissimum ducem sequamur, ita tamen, ut Homerico loquendi usui, si quando cum communi usu non conveniat, priorem locum concedamus. Quod contra a permultis factum esse video, qui, quum obsoleti sermonis fragmenta laboriosius conquirerent, constantem poetæ usum cum communi usu convenientem negligerent, a qua negligentia haud scio an plurimi et gravissimi errores orti sint.

Alterius cautionis necessitatem attulit nimis anxia contrariæ perversitatis fuga. Nam quum ab iis, qui de interpretandi ratione scripserunt*), recte monitum esset, cavendum esse, ne scriptorem ad nostri potius quam ad antiqui ingenii rationem consuetudinemque exigeremus: huius præcepti memores multi in contrarium errorem inciderunt. Nam

---

*) velut Wyttenbachius Bibl. crit. p. IX p. 10.

sæpe videmus interpretes quotidianæ vitæ rationis ita oblitos, ut etiam in iis rebus, quæ ab intima natura humana profectæ nulla temporum nec locorum diversitate mutantur, a planissima poetæ sententia aberrarent, quo societatis vinculo sublato factum est, ut ab illa familiaritate, quam etiam cum iis scriptoribus nostri temporis contrahere solemus, quorum lectione non nisi brevissima animi oblectatio quæritur, mirum in modum abalienarentur. Huius iudicii veritatem exemplis confirmare nunc non est in animo, præsertim quum non pauca huius rei documenta contineant ea, quæ infra disputabuntur. Ceterum uno ~~exemplo~~ significabo, quinam errores mihi hoc in genere venia maxime carere videantur, quod, quo magis moneantur adolescentes, ne cuius auctoritate suorum oculorum aciem præstringi patiantur, vir clarissimus suppeditabit, cui uni tantum, quantum ceteris omnibus, Homeri Odysseæ interpretatio acceptum refert. Is ad Od. 1, 257 hæc scripsit (erkl. Anm. zur Od. p. 47): *Käme er so jugendlich, so munter, wie ich ihn damals bey uns trinken sah, jetzt bewaffnet mit zweischneidigem Beile (Il. 23, 851) und zwei Speeren hier unter die Freier u. s. w.* Mihi quidem non facile est ad intelligendum, quomodo is, cuius animo Ulixis species toties obversata sit, regem Ithacensem sibi finxerit bipenniferum, præsertim

quum heroici temporis homines in bello securi*) usi non sint; nam quod πήληξ et πέλεκυς confudit V. Cl., præ illo errore, quem notavi, vix commemorandum videtur, et brevissima animi absentia facile excusatur.

---

*) Cave, ne ex Il. 15, 711 concludas, πέλεκυν (securim) in bello fuisse in usu; nam hunc versum spurium iudicavit Aristarchus. Ne ἀξίνη (bipennis) quidem nisi semel (Il. 13, 612) commemoratur.

1.

Il. 24, 734; 8, 561; 10, 12; 13, 349; Od. 8, 581; 5, 469; 6, 36; Il. 11, 50; 3, 3.

ἀθλεύων πρὸ ἄνακτος ἀμειλίχου.

Insolentem usum præpositionis, q. e. πρό, scholia et Eustathius illustrare student, laudato Pindaro (Pyth. 4, 72): λυσίπονοι δεσποτῶν θεράποντες, addentes: ὑπὲρ ἐκείνων γὰρ πλέουσι, γεωργοῦσιν, ἀχθοφοροῦσιν. Recentiores locum aut silentio præterierunt aut varie expedire conati sunt. Thierschius quidem (Gr. Gr. § 261, 13) πρό in hac dictione localem significationem retinere censet, ut sit *kämpfen gestellt vor dem Herscher*, *dann statt seiner*, at ἀθλεύων non est *certans* sed *laborans*. Matthiæus (Gr. Gr. p. 1136) explicat: *für*, *zu jemandes Vortheil*, *auf jemandes Befehl*. Passovius et Papius duplicem rationem inierunt, ut priore loco "*für jemandes Rettung*" interpretarentur, altero "*auf jemandes Geheiss*". Itaque hi cum Matthiæo consentiunt, nisi quod ille rationes diversissimas non distinxit. Sed contra priorem rationem hoc maxime

dicendum puto, quod ex æquo vix conferri possunt *laborare pro aliquo* et μάχεσθαι (Il. 4, 373), στῆναι (Il. 24, 215), ὀλέσθαι (Il. 22, 110) πρό τινος; altera ratio, quæ loci sententiæ unice convenit, nulla auctoritate nititur.

Itaque πρός scribendum puto, quo sensu Il. 6, 456 legitur. Hanc emendationem, quam suadet utriusque argumenti affinitas et similitudo, confirmat schol. V. ad Il. 6, 456, qui locum nostrum haud dubie spectat his verbis: "ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ ἄλλης, ὡς πρὸς Τρώων καὶ πρὸς ἄνακτος, ἵνα μὴ κακοπαθῇ. Ceterum ipsa explicatio non probanda. Veram suppeditant scholl. BL.: πρὸς ἄλλης ὑπὸ ἄλλης κελευομένη.)

Et quoniam in mentionem huius præpositionis incidimus, non prætereunda videtur explicatio, quam contra veterum auctoritatem, adversante locorum sententia, dictionibus Ἰλιόθι πρό (Il. 8, 561; 10, 12; 13, 349; Od. 8, 581), ἠῶθι πρό (Od. 5, 469; 6, 36; Il. 11, 50), οὐρανόθι πρό (Il. 3, 3) obtrudere conati sunt recentiorum nonnulli. In his locis omnibus πρό significat *ante*, et ita fere consensu omnium statuebatur, quum novam viam ingressus est Bernhardyus. Is (Gr. Gr. p. 231) οὐρανόθι πρό vertit *im Zuge durch die Luft*, Ἰλιόθι πρό *in einer Reihe von Ilios her*, ἠῶθι πρό *den ganzen Morgen fort*. Hunc sequitur Kühnerus (Gr. Gr. § 597) et Papius, qui in ἠῶθι πρό (1, 996 cfr. 2, 666) ipse sibi contra-

dicit. Scire igitur velim, num Bernhardyus Od. 8, 581 ita vertat: *oder fiel etwa ein Freund in einer Reihe von Ilios her* (non melius Kühnerus et Papius *vorwärts von Ilios*). Hæc interpretatio non magis convenit in pyras ante Ilium ardentes. Dictionum οὐρανόθι πρό*) et ἠῶθι πρό hæc ratio est: quidquid sub caelo aut sub aurora est, idem terrestri quidem contemplatori ante caelum et ante auroram; neque enim audiendus est Stadelmannus, qui ad Il. 3, 3: "*Das gewöhnlich mit* οὐρανόθι πρό *verglichene* ἠῶθι πρό *kan wegen seiner andern Beziehung so wenig als* Ἰλιόθι πρό *in Vergleich gestellt werden*". Od. 5, 469 dubitari potest, utrum loci an temporis notionem habeat; collatis Il. 11, 50 et Od. 6, 36 illud magis placet.

2.

Od. 8, 425.

Ἐν δ' αὐτῇ θὲς φᾶρος ἐυπλυνὲς ἠδὲ χιτῶνα.

Hanc scripturam constanter exhibent editores; locum silentio prætereunt Eustathius et interpretes

---

*) F. A. Wolfius (*Vorlesungen über die 4 ersten Ges. von Homers Ilias*): οὐρανόθι πρό, *so* Ἰλιόθι πρό. Οὐρανόθι *ist alter Gen., vor dem Himmel incorrect für unter dem Himmel.*

recentiores, quamquam αὐτῇ (pro αὐτή scriptum) quemvis offendere debebat Homerici loquendi usus peritum et ad loci sententiam attendentem. Emendationem confirmant scholl. B. Q. Λείπει τὸ, ἵνα βάλλωμεν τὰ δῶρα τῶν Φαιάκων. καὶ αὐτὴ δὲ πρόσφερε τὸ φᾶρος κ. τ. λ. Et maxime miror, Bekkerum, quum infra v. 441 recte αὐτή reposuerit, in priore loco, qui non minus emendatione egebat, αὐτῇ reliquisse.

3.

Od. 8, 570 & 571.

τὰ δέ κεν θεὸς ἢ τελέσειεν
ἤ κ'ἀτέλεστ' εἴη, ὥς οἱ φίλον ἔπλετο θυμῷ.

Quicumque superioribus diligenter perlectis locique sententia accurate percepta ad hos versus venerit, contrarium, atque exspectaverat dicendumque erat, dictum inveniet; nam, de summa Neptuni potentia prædicaturus, ita loquitur poeta, ut verba eius non minus in homunculum impotentissimum quemque conveniant. Neque enim quisquam adeo non est potens, quin hoc certe de eo promittere liceat, fore, ut, quæ minatus est, aut faciat aut infecta sint. Hanc contradictionem ut tollant ea, quæ sequuntur — ὥς οἱ φίλον ἔπλετο θυμῷ — tantum abest, ut in

clariore luce constituant. Itaque scholiorum *) vestigiis ductus, una littera mutata, scribendum suspicor: ἤ κ᾽ ἀτέλεστ᾽ εἰῷ. Quod si quem offendunt præsens et aoristus iuncti — scholiastam alterum offendisse videntur — comparabit Od. 20, 11 & 12:

ἠὲ μεταΐξας θάνατον τεύξειεν ἑκάστῃ,
ἦ ἔτ᾽ ἐῷ μνηστῆρσιν ὑπερφιάλοισι μιγῆναι.

Simillimis verbis deorum potentiam Od. 14, 444 describit poeta:

θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει τὸ δ᾽ ἐάσει,
ὅ,ττι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλῃ· δύναται γὰρ ἅπαντα.

4.

Od. 8, 292.

Δεῦρο, φίλη, λέκτρονδε τραπείομεν εὐνηθέντες.

Nescio, an hanc interpunctionem induxerint, qui τραπείομεν a τρέπω repetitum *convertamur* interpretabantur. Hac ratione repudiata cum εὐνηθέντες iunxerunt Heynius (T. 4 p. 546), Nitzschius, alii. Attamen non magis cum εὐνᾶσθαι, quam cum τέρπεσθαι, hæc forma iungitur, quoniam nec hoc verbum nec verba cognominata cum forma motum

*) ταῦτά, φησιν, ἅπερ εἶπεν ὁ Ποσειδῶν, ἢ τελέσειε καὶ πράξει ἢ καταλείψει ἀτέλεστα, καθὼς αὐτῷ δόξῃ. Q. Νῦν τὸ εἴη (εἰῷ) ἀντὶ τοῦ ἐάσει. Vulg.

designante connectuntur, sed eum dativo vel addita vel omissa præpositione aut cum adverbiis quietem significantibus. Restat, ut cum δεῦρο iungamus, quod valde placet. Nam sive imperativus vocandus est δεῦρο-δεῦτε sive adverbium (Cramerus Anecd. Gr. 1, 109; 117; 118), imperativi loco certe fungitur (Od. 9, 517; Il. 17, 685); quumque vel maxime motus significationem habeat, cum λέκτρονδε aptissime connectitur*). Itaque scribendum censeo:

δεῦρο, φίλη, λέκτρονδε· τραπείομεν εὐνηθέντες.

Ita orationis numeri cum plurimis versibus convenient, qui et ipsi duo imperia aut imperium et adhortationem continent, velut Od. 10, 320:

ἔρχεο νῦν συφεόνδε· μετ' ἄλλων λέξο ἑταίρων.

(cfr. Il. 19, 139; 23, 71).

Etiam coniunctivus adhortativus solitum locum ita demum obtinet; fit enim plerumque, ut hic coniunctivus, præsertim quum præcedat imperativus, enuntiationem incipiat aut claudat, positus in versus initio (Od. 3, 18) aut clausula (Il. 6, 340) aut post cæsuram (Il. 22, 450).

Ex hac lege Il. 22, 129 et 130 contra Bekkerum cum superioribus ita interpungendum censeo, ut εἴδομεν enuntiationem incipiat.

---

*) cfr. λέχοσδε κιών (Il. 3, 447), λέκτρονδ' ἴομεν (Od. 23, 254).

5.

Il. 11, 99 & 100.

Rem lubricam et periculosam incipere videmur, interpretationem loci tentaturi, quam interpretum consensus et recentiorum scriptorum usus confirmavit. In quo fortuna utimur hoc iniquiore, quod ne tum quidem sperare licet, fore, ut veritas emendationis nostræ omnibus persuadeatur, quum patefactis et monstratis superiorum interpretum erroribus nostram sententiam claris et illustribus argumentis probaverimus. Nam haud scio, an ipsa simplicitas et perspicuitas emendationi interdum fidem deroget præsertim in tanta dissentientium multitudine et auctoritate, quum vix videatur fieri potuisse, ut eadem, si vera essent, non viderent et alii. Quæ quum ita sint, hoc maxime rogatos velimus eos, qui hæc legent, ut memores, quam superstitiose traditis explicationibus adhæserint interpretes, iis, quæ disputaverimus, diligenter examinatis, ita demum de veritate emendationis nostræ iudicium faciant.

Verba sunt Il. 11, 99—100:

καὶ τοὺς μὲν λίπεν αὖθι ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
στήθεσι παμφαίνοντας, ἐπεὶ περίδυσε χιτῶνας.

Heynius, auctoritatem secutus Eustathii et scholiastarum, ita vertit: *Et hos quidem reliquit illic rex virorum Agamemnon, pectora formosa nudatos,*

quum exutas abstulisset tunicas. In eandem sententiam ceteri recentiores, e quibus Spitznerus: "*Rara atque insolita verbi* περίδυσε *significatio coniecturis ansam dedit. Illis autem nos carere posse, scholia et Eustathius ostendunt*".

In hac explicatione maxime offendit ea significatio, quam voci περιδύειν inesse voluerunt. Est enim hoc monstri simile, vocabulo, quod reliquis locis analogiæ legem secutum, in περιστέλλειν, περιεννύναι, περιχέειν, ceteris obviam, induendi notionem habeat, uno loco contrariam notionem subiici. Nam quod Dammius, Rostio non obloquente, et Passovius id discrimen inter περιδύνειν et δύνειν περί (Il. 13, 241; 19, 371; 3, 332; 8, 43; 13, 25; 16, 133; Od. 15, 61; 22, 113.) statuere conantur, ut huic induendi illi exuendi significatio vindicetur, omni ratione caret.

At Eustathius et scholiastæ huic voci hanc vim diserte tribuunt. Fateor. Sed ita loquuntur scholiastæ, ut facile appareat, totum hunc locum eos male habuisse, et hanc explicationem, quam, melioribus non suppetentibus, amplexi sunt, ipsis non ita valde placuisse. Huc refero, primum quod alii ἐπεὶ κλυτὰ τεύχε' ἀπηύρα, alii περίδησε scripsisse traduntur, deinde quod parum convenit, utrum παμφαίνοντας ad τούς referant, an ad χιτῶνας, tum quod Pios, παμφ. ad τούς referens, non

στήθεσι scribendum censet, sed στήθη, denique quod interpretationem suam talibus nugis munire coacti sunt, quale est Nicanoris illud*), quod Eustathio mire placet, qui his scholiastarum dubitationibus liber secure locum persequitur.

At hæc significatio etiam apud seriores scriptores vocabulo inest. Audio. Sed hic usus nihil de Homerico usu probat, nisi forte hoc probat, quod non modo libenter fateor, verum etiam ultro contendo, locum nostrum iam mature male intellectum esse. Vidisse autem veteres, quæ esset vera et genuina vocabuli vis, testimonio sunt vetera lexica, quæ explicationem εἰσδύεται, κρύπτεται primo loco ponunt.

Quod Heynius Pollucem**) περιδῦσαι ex Hyperide tamquam notabile quiddam commemorare dicit, non video, quomodo e Pollucis verbis elici possit. Ceterum hoc loco error Papii notandus est, qui, quum, auctoritate Stephani inductus, laudato Polluce, περιδῦσαι *ausziehen* interpretatus sit, paullo infra περιλωπίσαι, quo verbo περιδῦσαι explicavit Pollux, eodem Polluce citato teste, *einhüllen* vertit.

Ad analogiæ cuiusdam legem revocare conatus est Thierschius (gr. gr. § 279, 10): *Zuweilen*

*) Οὐ συνάπτει Νικάνωρ, ἀλλὰ τὸ παμφαίνοντας δηλοῦν φησὶ τὸ νέον αὐτῶν.

**) 7, 41: καὶ περιλωπίσαι, ὅπερ Ὑπερίδης περιδῦσαι εἴρηκε.

verlangt die genaue Bezeichnung eine Præposition am Verbo, wo keine steht: ἀλλ' ὑμεῖς ἔρχεσθε *(statt* ἀπέρχεσθε*)* καὶ ἀγγελίην ἀπόφασθε *Il. 9, 649.* At tenere debuit vir doctissimus, ἔρχεσθαι non minus ire quam redire significare (velut Il. 1, 322 et sexcentis locis). Εἰλείθυιαι . . . πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι *Il. 11, 271, statt* παρέχουσαι *nach Apoll.* π. Συντ. *S. 5*, quem deinde ipse refutat. *So* ὑπό *statt* ὑπέκ. Τρῶες. . . . ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου *Il. 21, 56.* Ὑπὸ ζυγόφιν λύον ἵππους *(Il. 24, 576). Cfr. Pind. Ol. 6, 74; Nem. 1, 54.* At ellipsi opus non est ad eum usum præpositionis ὑπό explicandum, qui primus et proprius et maxime usitatus est, ubi hæc præpositio cum genitivo iungitur. Eadem ratio est loci, qui reliquus est Od. 22, 364: αἶψα δ' ἀπὸ θρόνου ὦρτο, ubi cum Bekkero scribendum est ὑπό. Ex hac, quam vidimus, in eodem argumento tractando summa temeritate haud dubium erit cuiquam, quantum fidei tribuendum sit iis, quæ subiungit de περιδύνειν pro περιεκδύνειν accipiendo.

Negotium non minus nobis facessit παμφαίνοντας. Nam sive cum τούς iungimus, ab Homerica loquendi consuetudine recedimus, sive cum χιτῶνας, novam difficultatem offendimus in στήθεσι. Significat enim clarissimum quemque fulgorem, qualis est solis aut metallorum. Sunt igitur παμφαίνοντα apud Homerum ἠέλιος, ἠλέκτωρ, ἀστήρ, φλόξ; deinde quæ

aut e metallis confecta erant aut metallis ornata et distincta, velut τεύχεα, ἔντεα, δούρατα, κόρυς, ἧλος, λέβης — ἅρματα, δίφρος, ἐνώπια. Ut occisi hominis pectus παμφ. diceret, docto alicui interpreti, qui in vita umbratili a pugnis et cædibus remotissimus maneret, forsitan in mentem venire potuerit, Homero non potuit, qui e vera hominum vita vivas voces duceret. Restat igitur, ut cum aliis interpretibus, in his schol. A., παμφ. ad χιτῶνας referamus. Tum autem offendit στήθεσι. Nam quod στήθεσι explicant ἐπὶ τοῖς στήθεσι, talis dativi usus nullo exemplo confirmatur. Et si quis verba ita iungit, ut περιδύειν τινί τι exuere alicui aliquid significare putet, monendus est, quum analogiæ legem tum usum seriorum — velut Appiani — duo accusativos requirere.

His igitur scopulis vitatis, deleto commate, ita vertimus: *Et hos quidem ibi reliquit Agamemnon, postquam pectori suo fulgentia arma circumdedit**). Quoniam non adest satelles, cui spolia tradat, tortiles tunicas occisis detractas thoraci suo superinduit, dum ad suos perveniat. Idem facit Il. 11, 247, ubi eum humeris, non manu, spolia gestare, inde apparet, quod ex insidiis petitus, pugnam statim

*) Si quis putat, ita ἐδύσατο (non ἔδυσε) scribendum fuisse, comparabit ἔθηκεν Il. 3, 330 et 336 et sæpius, quam etiam mediam formam Homerus habeat Il. 10, 31.

incipit, armis non depositis. Et fit hoc quidem sæpius, ut in medio pugnæ incendio arma induant (Od. 22, 122 sqq. Il. 6, 230 sqq.).

6.

Od. 4, 785.

ὑψοῦ δ'ἐν νοτίῳ τήν γ'ὥρμισαν, ἐν δ'ἔβαν αὐτοί.

Miror procos, quum non ante vesperum navigaturi sint, aliquanto ante navem in littus subductam conscendere, deinde in navi coenare. Est enim utrumque a consuetudine hominum heroici temporis alienissimum; nam neque ante conscendebant *), quam navigaturi erant, neque coena aut prandium in navi facta usquam commemorantur **). Coenaturos appellere videmus navigantes et in terram egredi (Od. 9, 85; 10, 56; 13, 280), etsi statim post coenam navigationem continuant (Od. 14, 347). Huc accedit, ut versu demum 842 conscendentes faciat poeta. Unum addam ad fidem huius scripturæ infirmandam gravissimum, quod de conscendendi

*) Quod Minerva (Od. 2, 403) Telemacho dicit, socios iam in transtris sedere remigare paratos, hac superlatione (Od. 2, 408) utitur ad ardorem eius augendum.

**) Quæ Od. 2, 431 commemoratur, libatio est non coena. Videntur omnino in navibus ignem facere ausi non esse.

actione εἰσβαίνειν et ἀναβαίνειν constanter utitur Homerus, numquam ἐμβαίνειν, quod etiam in iis locis, ubi ad hanc significationem proxime accedere videtur, aliquantum differt. Plerumque notione longe diversa usurpatur, velut de victore, qui, imposito in occiso hoste aut abiecta fera pede, (Il. 6, 65; Od. 10, 164) hastam extrahit; de glandula plumbea in mare demissa (Il. 24, 81). Il. 23, 403 festinare significat, Il. 16, 94, ut interpretantur scholl. VL, ἐμποδὼν στῆναι, ἐναντιοῦσθαι. Ad conscendendi significationem propius accedunt Il. 2, 619; 720; 5, 199; 23, 481; Od. 4, 656: tamen ne his quidem locis navem aut currum conscendere significat, sed navi aut curru vehi. Eadem vis inest in βαίνειν ἐν νηυσί (Il. 2, 510; Od. 2, 18 et 27; Od. 1, 211, ubi Bekkerus recte ἐνί pro ἐπί reposuit), — nisi quod causativa aoristi forma (Od. 11, 4) de pecudibus in navem impositis usurpatur —, et ἰέναι ἐν νηυσί (Od. 2, 226; 8, 445 *)). Qui reliqui esse videntur loci duo Il. 1, 311, ubi scribitur **):

ἐν δ'ἀρχὸς ἔβη πολύμητις Ὀδυσσεύς,

*) Res me hortatur, ut commemorem, eodem maturandæ conscensionis studio, quod h. l. invenimus, Il. 1, 309 Aristarcheam scripturam ἐν δ'ἐρέτας ἔκρινεν ἐείκοσιν ab editoribus immerito repudiatam esse.

**) Etiam Od. 12, 264 scribendum suspicor: ἔτι πόντῳ ἰὼν ἐν νηὶ μελαίνῃ.

et Od. 4, 653, ubi scribitur:

ἐν δ' ἀρχὸν ἐγὼ βαίνοντ' ἐνόησα
Μέντορα ἠὲ θεόν,

hæc non pertinent; non enim cum verbo iungenda est præpositio, sed eandem vim obtinet, atque Il. 2, 588; 16, 551. Nescio, an sit addendum, ἐμβάτης, quod apud recentiores in usu est, vel nautam vel equitem significare.

Quæ quum ita sint, non dubito, quin ita scribendum sit:

ὑψοῦ δ' ἐν νοτίῳ τήν γ' ὥρμισαν, ἐκ δ' ἔβαν αὐτοί.

Neque vero difficile est ad intelligendum, unde ἐν pro ἐκ ortum sit. Nam qui ἐν νοτίῳ interpretabantur „*in alto*", ἐκ δ' ἔβαν ferre non poterant. Et nescio, an hanc interpretationem amplexi sint veterum plerique, quum in altera explicandi ratione probanda — quæ ἐν νοτίῳ explicat *in littore, quod fluctibus alluitur* — iam fere omnes consentiant.

Confirmat hanc emendationem comparatus simillimus locus Odysseæ libri octavi. Utroque loco nautæ lecti (Od. 4, 778 & 79 — 8, 48 & 49 cfr. 35 & 36) navem in mare protrudunt (4, 780 — 8, 51 cfr. 34), remos et reliqua arma aptant et componunt (4, 781—84 — 8, 52—54 cfr. 37), deinde escendunt (4, 785 — 8, 55 & 56 cfr. 38) et coenant (4, 786 — 8, 59 cfr. 38), hi in littore prope navem, illi in domo Alcinoi.

7.

Il. 19, 386; 3, 10

τῷ δ' εὖτε πτερὰ γίγνετ', ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν.

Ita Bekkerus scripsit, neque quisquam ignorat, quæ sit fueritque de huius loci scriptura dissensio. Mihi quidem, priusquam ad litem superiorum cognoscendam accedo, de natura et usu particularum, q. s. ἠύτε, εὖτε, αὖτε pauca præmonenda videntur, quæ aut ignorata aut neglecta effecerunt, ut de veritate scripturæ Wolfianæ dubitari posset.

Igitur particula, q. e. ἠύτε, apud Homerum ita semper collocata reperitur, ut ἠύτε aut ἠύτ' dactylum efficiat aut incipiat. Aut sententiam inducit, quam sequitur deinde altera sententia, quæ imagine illustratur, aut unum aliquod verbum inducens sententiæ subiicitur ei, cuius verbum aliquod comparatione definitur. Eandem vim habet, quam Latinorum *ut*, *sicut*, *quemadmodum*, ut duarum rerum comparatio instituatur, quarum utraque re vera esse dicatur, non earum, quarum altera comparationis causa conficta sit, quam vim apud Latinos obtinent particulæ *tamquam* et *quasi*.

His præmissis si scripturam examinamus, quam tuetur Buttmannus, permulta obstare videntur, quo minus δ' ἠὖτε scribamus. Nam primum verba, q. s. ἠὖτε πτερά, vertenda erant: *tamquam pennæ*, quam

vim particulæ non inesse, supra diximus; deinde si verbum, non sententiam, induceret particula, plena sententia præcedere debebat, cuius membrum aliquod illustraretur. Huc accedit, quod nec umquam reperitur forma bisyllaba, q. e. ηὖτε, nec subiicitur aut γύτε aut εὖτε particulæ, q. e. δέ, quum coniunctione particularum δέ et αὖτε nulla sit frequentior.

Scripturæ, quam tuentur plerique, non melior est condicio, hoc etiam inferior, quod εὖτε eodem sensu, quo ἠύτε, numquam reperitur, si Il. 3, 10 excipias, de cuius loci scriptura infra videbimus.

Tertiæ scripturæ patroni sunt inter veteres Aristarchus*), inter recentiores Wolfius. Contra hanc Buttmannus (Lex. 2 p. 229): "*Wolf hat nach Aristarchs Entscheidung und aus dem Cod. Ven.* αὖτε *aufgenommen, so dass mit Emphase gesagt sey, "sie wurden ihm zu Federn und hoben ihn in die Höhe". Ich will über die Figur nicht entscheiden; aber durch ein ganz müssiges* αὖτε *mag ich sie nicht erkaufen. Denn auch nicht das Mindeste ist im Vorhergehenden, wogegen* αὖτε *Gegensatz oder auch nur Verschiedenheit*

---

*) πρότερον γράφων ὁ Ἀρίσταρχος τῷ δ'εὖτε, καὶ κατὰ συστολὴν δεχόμενος ἀντὶ τοῦ ἠύτε, ὡς ἐπὶ τοῦ„ εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι„ μετέγραψεν ὕστερον τῷ δ'αὖτε, ἐμφατικώτερον νομίσας εἶναι, ὑπακουομένου τοῦ ὧς, ὡς κἀκεῖ„ καιροσέων δ'ὀθονέων ἀπολείβεται. Schol. A.

ausdrückte, sondern δέ ist blosse Verbindung". Itaque scripturam Aristarcho probatam et a Wolfio receptam ideo reiiciendam censet, quod in iis, quæ præcedunt, non sit, cui respondeat αὖτε. At amplius quinquaginta locos Homericos proferre possum, in quibus δ'αὖτε prorsus eandem vim habeat, atque simplex particula δέ. — Itaque si maxime otiosa esset particula αὖτε, non erat sane, ut argumentum contra scripturæ veritatem inde peteret Buttmannus.

Quid si facile demonstrari potest, αὖτε h. l. minime abundare? Videamus igitur, quid versu nostro dicere voluerit poeta. Iam vero in superioribus rhapsodiis ita semper commemoratur Achilles, ut inertem vitam iam diu pertæsum in casa sedentem videamus tristem et pugnæ strepitum desiderantem. Patrocli morte subito mutantur omnia. Cum spe propinqui certaminis vetus ardor, quem diu represserat ira Agamemnonis iniuria commota, in pectus eius redit. Nuntiata Patrocli morte, licet inermis sit, cum Hectore congrediendi studio flagrat; sed monet mater, ne amissis armis proelium ineat, dum ipsa nova arma a Vulcano facta afferat. Iuvenem solitis armis destitutum pugnaque ægre abstinentem non inepte cum avi conferas, quæ decisis pennis alas frustra moveat neque volando se attollere possit. Sed postquam postridie, paratis iam ad pugnam omnibus rebus, divina arma induit, tum vero nihil

mirum, si, expleto tandem longo desiderio, se tanquam alis tolli sensit, id quod his verbis expressit poeta: *illi vero pennæ rursus natæ sunt, quæ pastorem populorum sustulerunt.* Vix verendum est, ne cui Homerici loquendi generis perito audacior videatur hæc imago; nam contra eos, qui talibus locis ὡς audiunt, alio loco (ad Od. 7, 107) dicetur.

Ceterum extrema scholii verba non ab Aristarcho profecta, sed a seriore aliquo scholii auctore adiecta esse, inde apparet, quod ὑπακουομένου τοῦ ὡς, τὸ ἐμφατικώτερον omnino perit.

Il. 3, 10 scripturam habet multo tutiorem quum propter pæne consentientia veterum testimonia, tum quod, quamvis insolita sit forma εὖτε pro ἠΰτε posita, tamen si hoc unum exceperis, nihil insoliti in hoc particulæ usu invenies. Itaque nec quidquam mutandum censeo et si quid mutandum esset, non cum Buttmanno scriberem ηὖτ' ὄρεος, sed ἠΰτ' ὄρεος (pron. ὄρευς), quæ pronuntiatio confirmaretur genitivis θέρευς (Od. 7, 118), Ἐρέβευς*) (Il. 8, 368; Od. 11, 37), θάρσευς (Il. 17, 573), θάμβευς (Od. 24, 394), quæ formæ Buttmanno non succurrerunt, quum ita scriberet: "*Als alte Variante wird in den Scholien angeführt* ἠΰτ' ὄρευς. *Diess wird aber verworfen, weil Homer* ὄρεος *immer voll-*

*) At Il. 9, 572 cum Bekkero scribendum Ἐρέβεσφιν.

ständig schreibe. Wir verstehn diess schreiben auch von der Aussprache: denn auch ὄρεος *geschrieben findet sich bey Homer nirgend zweisilbig im Metro; eben so wenig* τείχεος, στήθεος; *und auch von ähnlichen Genitiven dieser Form erinnere ich mich dessen nicht".*

8.

Il. 7, 448.

οὐχ ὁράᾳς, ὅτι δ'αὖτε καρηκομόωντες Ἀχαιοί
τεῖχος ἐτειχίσσαντο νεῶν ὕπερ, ἀμφὶ δὲ τάφρον
ἤλασαν, οὐδὲ θεοῖσι δόσαν κλειτὰς ἑκατόμβας;

Heynius ita explicavit: *aliud vallum post nostrum illud;* Crusius δ'αὖτε vertit: *ebenfalls*, Vossius: *jetzo*, Vilsterus: *nys.* Simili errore Papius Il. 18, 243 *gleichfalls* vertit. At quid h. l. significet δ'αὖτε, ei, qui huius particulae proprietatem tenens ad loci sententiam diligenter attendat, non difficile est intellectu. Queritur enim Neptunus, quod homines consilia non iam cum diis communicaturi sint, si quidem *rursus (novo humanae confidentiae et impietatis exemplo)* Achaei, sacris non ante factis diisve consultis, ingens illud opus perfecerint.

9.

Od. 8, 377. Il. 21, 303.

αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ σφαίρῃ ἀν' ἰθὺν πειρήσαντο.

Scholiastæ et Eustathius ἀνιθὺν scribunt. Nam scholia ἀνιθὺν ἀνακινεῖν εὐθέτως. ἔγκειται τὸ ἄνω καὶ τὸ ἰθύνειν, οἷον ἀνορμῶντες· ἥλλοντο γάρ. Eust. τὸ δὲ ἀνιθὺν πειρήσαντο, δύναται μὲν καὶ ἐν δυσὶ μέρεσι λόγου εἶναι, ἀνὰ ἰθὺν ἤγουν καθ' ὁρμήν. ὁμοίως τῷ, οἷς μάλιστα πεποίθεα πᾶσαν ἐπ' ἰθύν. οἱ δὲ παλαιοὶ ὡς ἓν μέρος λόγου λαμβάνοντες, οἷα ἐπίῤῥημα, φασὶν ὡς ἔγκειται ἐνταῦθα τὸ ἄνω καὶ ἰθύνειν ἢ ἰθύειν, τουτέστιν ὁρμᾶν. ἀνορμῶντες γὰρ ἥλλοντο. καὶ εἴη ἂν οὕτω ῥηθὲν τὸ ἀνιθὺν πρὸς διαστολὴν τοῦ, ἐπὶ χθονὶ ὀρχεῖσθαι. Ita enim scribenda sunt Eustathii verba, non ut est in exemplo Romano ἀν' ἰθύν, quæ scriptura cum ipsius verbis aperte pugnat. Tamen hanc scripturam exhibent editiones tamquam Eustathii, quamquam altera Eustathii explicatio omnium consensu probatur. Et maxime miror, Bothium, quum vidisset, quomodo Eustathii verba scribenda essent, emendationem, quæ inde sequitur, in textum a se recognitum non recepisse.

Il. 21. 303 eadem scribendi et explicandi ratio admittenda; nam et ambitu magis quam notione differunt ἀνιθὺν αἴσσειν et ὕψοσε γούνατ' ἐπήδα,

quum hoc genuum motum declaret, illud totius corporis impetum, et aptissime describitur utraque dictione conatus eius, qui in flumine æstuante proruens surgentes fluctus exsuperare nititur exsultando.

10.

Il. 10, 38, 342.

Apud Homerum σκοπός et custos est et speculator; ἐπίσκοπος duobus locis (Il. 10, 38, 342) speculator, custos reliquis; et illa quidem significatione cum genitivo iungitur, hac cum dativo, qui usus iam veteribus interpretibus dubitationem attulit. Inde orta est verissima Niciæ ratio Τρώεσσιν ἔπι σκοπόν scribentis.

Hac notione vocabulum aut numquam aut perraro in usu fuisse, inde coniicere licet, quod Aristarchus per κατάσκοπος interpretatur, alii ἐπισκόπός scripserunt, quo particulam redundare significarent. Comparat Eustathius ἐπιβουκόλος, qua re ostendit, se non magis quam ceteros perspexisse, omnem difficultatem in dativo verti cum tali substantivo iuncto, quale est ἐπίσκοπος; nam quæ substantiva cum dativo iunguntur, ex longe diverso genere sunt (Kühnerus G. G. § 575 dd; § 576 not. 1; § 577 not. 2 et 5; § 578 not. 2; § 579 not. 2 et 4; § 580 b).

Ex recentioribus editoribus Spitznerus, Niciæ rationi dativum convenire negat. At sive præpositionem motum *) simpliciter significare statuimus, sive hostili animo **) accessum: utriusque usus exempla plurima sunt.

11.

Il. 1, 453—456.

ἠμὲν δή ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο,
τίμησας μὲν ἐμέ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν·
ἠδ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήηνον ἐέλδωρ·
ἤδη νῦν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἄμυνον.

Ita Bekkerus scripsit; pro ἠμὲν δή a Wolfio ἤδη μέν edebatur et hæc est constans veterum scriptura, nisi quod Harl. ἢ δὴ μέν habet. Nam quæ verba in scholl. BL. ***) leguntur, non scripturæ varietatem continent sed interpretationem neque eam veram. Vossio (*krit. Bl. S. 204*) ἤδη μέν suspectum

*) Collatis Il. 2, 6 cum 8 — 10, 312 cum 389 — 11, 274 cum 281 apparet, hac significatione ἐπί parvo discrimine cum utroque casu iungi.

**) Il. 1, 382; 4, 352; 5, 210, 105, 829; 11, 293.

***) ἐλεύθερον ἅμα καὶ προσακτικὸν τὸ χάριτας εἰδέναι. φησὶν οὖν, εἰ προήκουσάς μου, καὶ νῦν δίκαιος εἶ ἀκοῦσαι.

videbatur, præsertim quum idem vocabulum initium esset v. 456. Eundem offendebat indicativus τίμησας ἀσυνδέτως positus *). Itaque scribendum censuit:

εἰ μὲν δή ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο
τιμήσας μὲν ἐμέ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν·
εἰ δ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήηνον ἐέλδωρ·

De hac emendatione Usterius in annotationibus ad Wolfii scholas: *Allerdings wird auch der Ausdruck des Gedankens weit lebhafter, wenn er zu einer Periode verknüpft wird.* Sed hanc rationem relinquamus, quæ nec refutatione eget et a Spitznero satis refutata est.

Sed ne ipsius quidem Spitzneri ratio probanda est. "*Comparatis*, inquit, *duobus aliis locis* ***16***, ***236***, *ubi iidem tres versus leguntur, et* ***14***, ***234***, *leviter hæc corrupta esse intelligimus. Scribendum enim erat:* ἦ μὲν δή ποτ'. *Vulgatum enim* ἤδη μέν *molestius etiam eo fit, quod v.* ***456*** ἤδη νῦν Δ. *sequitur*". Et paullo infra: "*Melius etiam, si recte iudico, tota procederet sententia particulis in unum coniunctis* ἠμὲν δή ποτ' (*cfr. Bekkerum in cens. edit. Wolf. in diar. litt. Jenens. a* ***1809***

---

*) Si præter Usterium est quisquam, qui cum Vossio participium et verbum finitum particulis μέν et δέ connectere malit, quam asyndeton frequentissimum ferre, relegandus est ad Naegelsbachii excursum XIV: ***Beitrag zur Lehre vom homer. Asyndeton.***

IV p. 144)". At quod eosdem versus Il. 16, 236 legi dicit, id verum non est; nam ibi pro πάρος legitur ἔπος, quod discrimen est gravissimum; iungenda enim sunt ἤδη ποτὲ πάρος *schon einmahl früher* (Naegelsb.) cfr. Kühnerum § 690 a. 4. Quod denique vulgatum molestius eo fieri putat, quod ἤδη νῦν infra legatur, neque hanc molestiam senserunt veteres, et hæc ratio universa ex inconcinnitate sive vera sive opinata argumentandi perdifficilis est et incerta. Quæ quum ita sint, scripturam Wolfii, quam tuentur libri, restituendam censeo.

12.

Od. 17, 313; 11, 501; Il. 22, 41; Od. 4, 314; Il. 24, 207.

Quum non reperirem, qui recte et dilucide exposuisset, quid interesset inter τοῖος et τοιόσδε reliquaque eiusdem generis pronomina et adiectiva pronominalia, qualia sunt ὅ (ὅς, οὗτος) et ὅδε, τόσος (τοσοῦτος) et τοσόσδε, τηλίκος (τηλικοῦτος) et τηλικόσδε, et huius discriminis ignoratione in nonnullorum locorum scriptura peccatum viderem, non inutilem laborem suscepturus mihi videbar, si horum vocabulorum usum apud Homerum persequerer. Nam licet temporum decursu a propria et

principali significatione aliquantum deflexisset usus posteriorum, tamen, illo in clariore luce posito, hunc ipsum illustrari existimabam.

Itaque ut paucis eloquar, quid intersit inter utriusque generis pronomina, altera (ὅδε, τοιόσδε, reliqua) directe demonstrant, indirecte altera (ὁ, οὗτος, τοῖος, τοιοῦτος, reliqua). Idem ut pluribus dicam, pronominis demonstrativi hæc est vis propria, ut, qui eo in homine aut re aut proprietate designanda utitur, quidquid lingua nuncupat, idem quasi digito monstret. Hoc igitur demonstrandi nomen ea pronomina proprie obtinent, quibus utimur in hominibus et rebus designandis, qui præsentes adsunt et cerni ac monstrari possunt aut quasi coram adesse et oculis cerni videntur. Sed alteri quoque generi hoc nomen imponitur eorum, quibus utimur, quum homines et res notamus, qui aut in iis, quæ antecedunt, accuratius designantur, aut omnino auditoribus aliunde noti sunt, aut relativa sententia definiuntur*). Hic est enim primus maximeque proprius usus sententiæ relativæ, ut in veræ demonstrationis locum succedat**).

---

*) Interdum pro οἷος aliud pron. rel. (ὅς, ὅπως) sequitur, quo rarius τοῖος definitur, sæpius oratio continuatur, voce, q. e. τοῖος, antecedentibus declarata.

**) Ex superioribus hæc pronomina optime distinxit Kruegerus (synt. gr. gr. p. 116): ὅδε u. οὗτος setzen ein

Iam si locos Homericos, in quibus τοῖος aut τοιόσδε legitur, ad hanc rationem exigimus, veram esse reperiemus, quod vel maxime ex his locis apparebit:

Il. 3, 157 et 159:

οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιούς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν·
αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.
ἀλλὰ καὶ ὧς, τοίη περ ἐοῦσ', ἐν νηυσὶ νεέσθω κ. τ. λ.

Od. 16, 205 sqq.:

ἀλλ' ὅδ' ἐγὼ τοιόσδε, παθὼν κακά, πολλὰ δ' ἀληθείς,
ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν.
αὐτάρ τοι τόδε ἔργον Ἀθηναίης ἀγελείης,
ἥ τέ με τοῖον ἔθηκεν, ὅπως ἐθέλει — δύναται γάρ —
ἄλλοτε μὲν πτωχῷ ἐναλίγκιον, ἄλλοτε δ' αὖτε
ἀνδρὶ νέῳ καὶ καλὰ περὶ χροῒ εἵματ' ἔχοντι.

Od. 11, 548 et 49:

ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ·
τοίην γὰρ κεφαλὴν ἕνεκ' αὐτῶν γαῖα κατέσχεν κ. τ. λ.

Hoc discrimen ignoratum falsam multorum locorum scripturam produxisse, iam supra diximus, quorum multi subinde ab editoribus emendati sunt, relicti nonnulli velut Od. 19, 359, ubi Wolfius scripsit:

Verhältniss zu dem Redenden voraus, welcher durch ὅδε *auf den Begriff als einen sinnlich oder geistig angeschauten hinweist; durch* οὗτος *eine gegebene Vorstellung desselben wiederholt.*

ἤδη τοιόσδ' ἐστὶ πόδας τοῖος δέ τε χεῖρας·
licet Od. 4, 149 idem recte scripsisset:
κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες τοιαίδε τε χεῖρες.

Correxit hunc Bekkerus, qui duos certe locos nobis reliquit emendandos; scripsit enim cum superioribus Od. 17, 313:
εἰ τοιόσδ' εἴη ἠμὲν δέμας ἠδὲ καὶ ἔργα
et Od. 11, 501:
εἰ τοιόσδ' ἔλθοιμι μίνυνθά περ ἐς πατέρος δῶ.

Ut nunc utriusque loci scriptura est, hæc est sententia: *si talis esset (qualem nunc vides) pulcritudine et celeritate, et si talis (qualis nunc sum) vel tantisper in patris domum reverti possem.* At hæc sententia esse debebat: *si talis esset, qualis tunc fuit, — et si talis, qualis tunc fui, —* quæ sententia efficitur, si utroque loco τοῖος δέ *) scribitur. Confirmant emendationem nostram collati

---

*) Particulam δέ etiam apud Homerum tertio loco poni, probant Il. 7, 248; Od. 14, 120. Itaque nihil obstat, quominus Il. 16, 322 sqq. scribamus:
ἔφθη ὀρεξάμενος πρὶν οὐτάσαι, οὐδ' ἀφάμαρτεν,
ὦμον· ἄφαρ πρυμνὸν δὲ βραχίονα κ. τ. λ.
Nam, ut nunc quidem scribitur, non video, quomodo ἄφαρ iungatur et explicetur. At in narratione continuanda quid usitatius, quam ἄφαρ δέ, nisi quod particulæ, quæ juxta positæ esse solent (velut Il. 12, 221; 17, 392 & 750), hoc loco propter metri rationem, vocabulo interjecto, disjunctæ sunt.

loci duo: (Od. 1, 257 et 265 cfr. 17, 133 & 136): nam ut Od. 11, 499 et 501 legitur:

τοῖος ἐὼν οἷός ποτ' ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ

et infra

εἰ τοῖος δ' ἔλθοιμι κ. τ. λ.

ita Od. 1, 265:

τοῖος ἐὼν μνηστῆρσιν ὁμιλήσειεν Ὀδυσσεύς,

qui versus etiam Od. 17, 136 legitur, ubi præcedit (v. 133)

τοῖος ἐὼν οἷός ποτ' ἐυκτιμένῃ ἐνὶ Λέσβῳ.

Ad scripturam alterius loci (Od. 17, 313) confirmandam ne illud quidem prætereundum est, quod vocabulo, q. e. τοιόσδε, illo quidem modo οἷος numquam additur, qua de re infra pluribus verbis disseretur.

Ex iis, quæ de vi pronominis directe demonstrantis et de pronomine relativo veræ demonstrationis vicario supra disputavi, sequitur, ut hæc demonstrativa sententia relativa non definiantur; quibus si quando additur, hanc habet vim, ut, quod iam pronomine directe demonstranti plene elocutus sit poeta, alio modo iterum dicat, adiecto novo prædicato. Itaque nisi Il. 24, 375; Od. 1, 371; 9, 4, novum quoddam prædicatum habuisset sententia relativa (δέμας καὶ εἶδος ἀγητός et θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν), quo, quod iam semel dictum est, iterum dicitur, non τοιόσδε sed τοῖος scribendum fuit; neque

enim Græce recte dixerit quisquam aut τοῖος, οἷος σὺ εἶ ἀνὴρ ἀγαθός aut τοιόσδε, οἷος σύ, quum recte dixerit et τοῖος, οἷος σὺ et τοιόσδε, οἷος σὺ εἶ ἀνὴρ ἀγαθός.

Cum ratione, quam proposuimus, conveniunt omnes loci, in quibus τόσος aut τοσόσδε legitur, si unum excipias; duos enim emendavit Wolfius (Il. 14, 94; 20, 357). Sed Il. 22, 41 adhuc legitur:

αἴθε θεοῖσι φίλος τοσσόνδε γένοιτο
ὅσσον ἐμοί,

quod ferri non potest.

Equidem, comparatis Il. 2, 528 et 14, 396, τόσσον γε scribendum suspicor, et ita in vetere aliqua recensione scriptum fuisse; sed, quum propter γένοιτο, quod sequitur, librarii negligentia γέ omissum esset, eum, qui superioris librarii errorem corrigeret, δέ substituisse. Mansisse tamen genuinæ scripturæ vestigium in accentu, scholion A. ostendit: πρὸ τέλους ἡ ὀξεῖα· ἓν γάρ ἐστι μέρος λόγου.

In ὅ aut ὅδε scribendo sæpius ab editoribus peccatum est; quamquam multos locos emendavit Wolfius (velut Il. 5, 827; 15, 745; 19, 324; 23, 858. Od. 14, 235; 363; 19, 464; 22, 383), multos Bekkerus a Wolfio relictos (velut Od. 2, 176; 11, 137; 148 & 149 Il. 24, 398). Ceterum in nonnullis, quæ restant, tam facilis est emendatio, ut mirer, a Bekkero prætermissam; nam qui Od. 11,

137 scripsit: τὰ δέ τοι νημερτέα εἴρω, idem Od. 4, 314 scribere debuit: τὸ δέ μοι νημερτὲς ἔνισπες, neque ulla causa fuit, quin, qui Od. 11, 148 & 149 recte scripsisset:

ὅν τινα μέν κεν ἐᾷς νεκύων κατατεθνηώτων
αἵματος ἄσσον ἴμεν, ὁ δέ τοι νημερτὲς ἐνίψει·
ᾧ δέ κ'ἐπιφθονέοις, ὁ δέ τοι πάλιν εἶσιν ὀπίσσω —

eandem rationem secutus Il. 24, 207 scriberet:

εἰ γάρ σ' αἱρήσει καὶ ἐσόψεται ὀφθαλμοῖσιν
ὠμηστὴς καὶ ἄπιστος ἀνήρ, ὁ δὲ οὔ σ'ἐλεήσει
οὐδέ τί σ' αἰδέσεται.

13.

Il. 24, 486 et 487.

μνῆσαι πατρὸς σοῖο, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,
τηλίκου ὥς περ ἐγών, ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.

Ad hos versus schol. V.: ἔδει ἐπαγαγεῖν ἡλίκος ἐγώ. ἔστι δὲ ὡς τὸ "ὅσσων Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες, ὣς δὲ γυναῖκες ἱστῷ τεχνῆσαι". τινὲς δὲ λείπειν φασὶ τὸν καί, ἵν' ᾖ ὥσπερ καὶ ἡμεῖς. *Ζηνόδοτος* πρεσβύτερον Πηλέα φησίν, εἴγε συστρατεύσας Πηλεῖ Ἡρακλῆς ἀπέδοτο Ἡσιόνῃ μικρὸν ὄντα τὸν Πρίαμον. Crusius: τηλίκου, ὥσπερ ἐγών: *eigentl. sollte folgen* ἡλίκος ἐγών. *Der Dichter beobachtet indess nicht immer die genaue Folge der Be-*

ziehungswörter. So folgt ὡς statt ὅσον Od. 7, 109; vergl. über das Alter Il. 19, 334 ff. Die Scholien bemerken, dass nach der Mythe Peleus weit älter, als Priamos, gewesen sein müsse. Heyne entgegnet, dass man in den Mythen eine genaue Chronologie nicht erwarten dürfe und dass es hier dem Dichter für seinen Zweck hinreichte den Peleus ungefähr mit Priamos an Jahren gleich darzustellen. — Horum alterum facile concedo, temporis rationem non tam accurate ab epicis poetis observari, ut non potuerit poeta Pelea Priami æqualem appellare; alterum mihi quidem non persuadetur; neque enim sola scholiastæ auctoritate adducor, ut τηλίκος ὡς eodem sensu, quo τηλίκος, ἡλίκος dictum putem. Omnino huius vocis verba correlativa (πηλίκος, ἡλίκος) et derivata (τηλικόσδε, τηλικοῦτος) apud poetam nondum in usu sunt. Ipsa vox semper absolute posita invenitur, ut apud recentiores τηλικόςδε et τηλικοῦτος. Huc referenda est vera illa Apollonii explicatio, quæ Heynii dubitationem commovit. Cum schol. V. et Heraclide Pontico *) Eustathium componit Heynius, tamquam ab iis non dissentientem. Neque non consentiunt prima **) Eustathii verba, extrema non

*) In Allegoriis Hom., quæ sub nomine Her. P. feruntur, οἷος scribitur.

**) φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ, ὅτι ἐν τῷ, τηλίκου, ὥσπερ ἐγὼ ἐπὶ γήραος οὐδῷ, ψεύδεται ὁ Πρίαμος ἐπίτηδες. πρεσβύτερος

item, quæ quamquam non omni errore vacant, hoc certe ostendunt, Eustathium non eodem errore teneri, quo Heynius et reliqui. Quam pervagatus fuerit hic error inter recentiores Homeri interpretes, eo minus perspici potest, quod commentarii Wolfii, Naegelsbachii, Stadelmanni, Ingerslevii extremos Iliadis libros nondum complectuntur, Spitznerus sententiam suam non aperit. Koeppenius et Bothius veteres secuti ὡς pro ἡλίκος dictum accipiunt; nam quænam esset Crusii sententia, supra vidimus, cuius error eo

---

γάρ, φασιν, ὁ Πηλεύς, εἴγε ὁπηνίκα τῷ Ἡρακλεῖ τέλειος αἰχμητὴς συνεστράτευσεν ἐκεῖνος εἰς Ἴλιον, τηνικαῦτα ὁ Πρίαμος ἀπεδόθη, τουτέστι διεπράθη, Τρωικὸς μὲν ὢν βασιλικὸς νέος παῖς, Ποδάρκης δὲ καλούμενος. addit: ἴσως δὲ, εἰ καὶ ψεύδεσθαι φαίνεται ὁ γέρων ἀλλὰ τῇ φράσει ἐκφεύγει τὸ εἰκῇ κολακικόν. ἐπὶ γήραος γὰρ οὐδῷ εἶναί τινα διπλόην ἔχει. ὅ τε γὰρ ἔτι ὠμογέρων ἐπὶ γήραός ἐστιν οὐδῷ, οἷα τρόπον τινὰ τὸ γῆρας ὑπεισερχόμενος, ὁποῖος ἴσως εἴη ἂν ὁ Πρίαμος, καὶ ὁ ἤδη δὲ πέμπελος ἐν οὐδῷ γέγονε γήραος, ὡς ἤδη τὸν βίον ὑπεξιών, ὁποῖον εἶναι τὸν Πηλέα εἰκός. γήραος οὖν οὐδὸν εἰπὼν ὁ Πρίαμος ἀφίησι νοεῖν τὸν συνετὸν ἀκροατὴν ἐπί τε αὐτοῦ καὶ ἐπὶ Πηλέως τὸ εἰκὸς, οἷα τοῦ οὐδοῦ ὑποκειμένου καὶ εἰς εἴσοδον καὶ εἰς ἔξοδον. ἔστι δὲ τὸ ὥσπερ ἐγὼ καὶ ἑξῆς διασαφητικὸν τοῦ τηλίκου. Ceterum γήραος οὐδός (Il. 22, 60; 24, 487; Od. 15, 246 & 348; 23, 212) quo modo explicandus esset (cfr. Heyn. et scholl. ad Il. 22, 60; Eust. ad 22, 60 et Od. 15, 246), vix dubitassent interpretes, si vidissent, γήραος esse genitivum definitivum, non genitivum possessivum (cfr. ἕρκος ὀδόντων).

magis notandus est, quod Od. 7, 109 ὥς scripsit et pro τόσον dictum accepit. In his enarratorum erroribus laudandi sunt, qui locum nostrum Germanice et Danice ita rectissime interpretati sunt:

Stolbergius:

Auch ein Greis, wie ich, auf der äussersten Schwelle des Lebens.

Vossius:

Deines Vaters gedenk! o göttergleicher Achilles!
Sein des bejahrten, wie ich, an der traurigen Schwelle des Alters.

Vilsterus:

Kom din Fader ihu, Achilles, du Gudernes Lige!
Ligesom jeg han staaer paa den svækkende Alderdoms Tærskel.

Ut h. l. de sene positum accuratius definitur τηλίκος iis, quæ adduntur ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ, ita de adolescente filio idem vocabulum usurpatur Od. 18, 175, ubi interpretatur poeta *) his additis:

ὃν σὺ μάλιστα
ἠρῶ ἀθανάτοισι γενειήσαντα ἰδέσθαι —

iam enim ea ætate est filius, quem ut adultum videres, a diis maxime precabaris. Quamquam ne ibi quidem defuerunt (velut Crusius et Bothius), qui

*) Eust. τοῦ δὲ τηλίκος ἑρμηνεία τὸ γενειήσαντα ἰδέσθαι.

ῥν. pro οἷον dictum acciperent contra loci sententiam sensumque communem.

14.

Od. 1, 413—415.

Εὐρύμαχ', ἤτοι νόστος ἀπώλετο πατρὸς ἐμοῖο·
οὔτ' οὖν ἀγγελίῃ ἔτι πείθομαι, εἴ ποθεν ἔλθοι,
οὔτε θεοπροπίης ἐμπάζομαι κ. τ. ἑ.

Ante Wolfium ex Eustathio alii ἀγγελίης scripserant, alii ἀγγελίης et sic a Wolfio edebatur. Bekkerus, quum recte iudicaret, pluralem numerum ferri non posse, coniectura usus ἀγγελίῃ scripsit*). Ita quidem vulnus texit, non sanavit. Nam et suspiciosum quiddam habet emendatio tam facilis, a superioribus non tentata, nec hanc unam difficultatem exhibet locus noster. Nam sive ἀγγελίης scribitur sive

---

*) Ita de emendatione Bekkeri iudicare cogor, quum, unde sumpserit, reperire non possim. Omnino magno cum incommodo eorum, qui in textu Homerico scrutando versantur, commisit Bekkerus, ut nullam critici operis rationem redderet, qua sciri posset, quid fontibus reconditioribus acceptum referret, quid ipsius ingenio et subtili rerum et sermonis cognitioni deberetur. Ita factum est, ut difficillimam reliquerit de emendationibus suis aestimationem, multumque de utilitate egregiae suae recognitionis ipse detraxerit.

ἀγγελίης, quicumque totum locum diligenter perlegerit, cum non fugiat, aliud responsum merito exspectari, atque illud, quod Eurymacho dat Telemachus.

Nam quum quærat Eurymachus, num quem de absente patre nuntium attulerit hospes, quumque Telemachus id agere videatur *), ut verbis hospitis spem sibi iniectam esse dissimulet: ita respondere debebat, ut nuntium ab hospite sibi allatum negaret. At hoc quidem, ut nunc verba eius scribuntur, potius affirmat quam negat. Neque vero facile est ad intelligendum, quomodo Eurymacho hoc responso ita satisfiat, ut, abiecta cura, quam commoverat subitus adventus et discessus hospitis, nihil amplius rogitet seque cum reliquis securus lætitiæ dedat. Altera difficultas inde proficiscitur, quod hic usus verbi πείθεσθαι apud Homerum aut perrarus est aut nusquam invenitur. Vera scriptura in ἀγγελίης latet, de qua Nitzschius: *Wenn auch Herodot* πείθομαι *öfter mit dem Genitiv hat, so ist die von Eustath vorgeschlagene Lesart* ἀγγελίης *schon deshalb nicht annehmbar, weil* πείθομαι *dort überall ich ge-*

---

*) Hæc est sententia scholii quamvis mutilati: ἡ μὲν ἐρώτησις ἁπλῆ περὶ τοῦ ξένου εἴ τι ἀγγέλλοι· ὁ δὲ ἐν κεφαλαίῳ δηλώσας τὸ κεχαρισμένον Εὐρυμάχῳ πάντα ἐπάγει, οἷον, ἐάν τις ἐλπὶς ἐφ' ἡμᾶς ἀγγέλλουσα μαντείας. αὐτὸς δὲ προσέχειν οὐδενί φησιν. διόλου οὖν ἔργον ἐστὶ Τηλεμάχῳ ἐν ῥᾳθυμίᾳ αὐτοὺς διαφυλάσσειν. E. Q.

horche bedeutet, hier ich traue. Ita Nitzschius: cetera quidem recte, nisi quod ἀγγελίης *die von Eustath vorgeschlagene Lesart* dicit. Nam utramque scripturam simpliciter affert Eustathius nec quidquam in verbis eius*) est, unde colligere liceat, hanc scripturam ab ipso inventam esse. Neque vero hanc commendat; immo illam alteram omni ratione defendere et munire conatur.

Tolluntur omnes difficultates, si versus ita scribitur:

οὔτ᾽ οὖν ἀγγελίης ἔτι πεύθομαι, εἴ ποθεν ἔλθοι

Neque vero verborum complexionem reperies hac usitatiorem, neque verba sæpius in codd. permutari solita, quam πείθεσθαι et πεύθεσθαι.

---

*) τὸ, εἴποθεν ἔλθοι, ἐλλέλειπται τῇ φράσει. τὸ γὰρ πλῆρες οὕτως ἔχει· οὔτε ἀγγελίαις ἔτι πείθομαι, εἴποθεν ἔλθοι ἀγγελία δηλαδὴ ἀγαθὴ περὶ τοῦ Ὀδυσσέως, ἢ ἄγγελος ἀγαθὸς περὶ τῶν ἐκείνου. καὶ τοῦτο μὲν τὸ κρεῖττον. δύναται δὲ καὶ γενικὴ ἑνικὴ εἶναι τὸ ἀγγελίης, ἵνα λέγῃ, ὅτι οὔτε ὑπὸ ἀγγελίας ἔτι πείθομαι, εἴποθεν ἔλθοι ἀγγέλλουσά τι τῶν κατὰ τὸν Ὀδυσσέα. τὸ δὲ εἰπεῖν, ὅτι τὸ ἔλθοι ταὐτόν ἐστι τῷ ἔλθοιεν ἀγγελίαι δηλαδή τινες, Πινδάρῳ μὲν καὶ τοῖς κατ᾽ ἐκεῖνον δωρίζουσι φιλεῖται. συχουν δὲ καὶ Ὁμήρῳ, εἰ καὶ ἐν τῷ γοῦνα καὶ κνῆμαι παλάσσετο τουτέστιν ἐμολύνοντο, σχῆμα τοιοῦτον Δωρικῶς παρεμφαίνεται.

15.

Il. 16, 506 et 507:

Μυρμιδόνες δ' αὐτοῦ σχέθον ἵππους φυσιόωντας,
ἱεμένους φοβέεσθαι, ἐπεὶ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων.

Scripturam Zenodoteam, quam sine varietate exhibet Eustathius, Bekkerus revocavit. Λίπεν reliqui habent, quam scripturam, licet Aristarchi nomen h. l. non habeant scholl., ad Aristarchum auctorem referunt tantaque cupiditate defendunt, ut aut non videant aut videre nolint, se formam inducere, quæ analogiæ repugnet nec ulla auctoritate confirmetur, verborumque iuncturam admittere, quæ aut ineptissimam efficiat sententiam aut Græci sermonis legibus adversetur. Nam passiva forma aoristi 2di verbi, q. e. λείπω, nusquam exstat. Rara sunt omnino ea verba, quæ aor. 2dum activum et passivum simul habeant, et in his ipsis *), quæ utrumque aoristum habent, alter aut incertæ auctoritatis aut serioris temporis est. Itaque non temere committendum, ut aor. 2 pass. in verbo adesse statuamus, cuius aor. 2. act. haud dubie reperiatur. Deinde verba duplici modo iungunt: aut enim auctoritatem scholii A. secuti vertunt: "quum currus dominorum relictus esset", quæ sententia, utpote quæ plena non sit, parum

*) Sunt hæc fere: ἀγγέλλω, βλάπτω, δάκνω, δαμάζω, δάπτω, τμήγω, τρέφω, τύπτω.

satisfacit, aut cum schol. L. ἀνάκτων pro ὑπὸ ἀνάκτων dictum accipiunt itaque vertunt: "quum currus a dominis relictus esset": quæ iunctura nova est et inaudita. Quum videris, quam non fuerint diligentes in hac scriptura commendanda, multo etiam magis mireris, quam fuerint iidem curiosi in altera scriptura examinanda. Et Heynii quidem disputationem, quippe qui ipse secum parum conveniat, prætermittendam censeo. Spitznerus et Crusius iure quæri posse opinantur, quomodo equi iuncti currum potuerint relinquere. His respondetur, potuisse hoc quidem aut ita fieri, ut ipsi ferocientes lora rumperent iugaque excuterent, aut ita, ut eos Patrocli socii solverent. At si quid omnino quærere voluissent, potius quærere debuerunt, cur hoc poeta non narravisset, cui quæstioni, utpote quæ sola prudenter fieri posset, his verbis ultro occurrit Eustathius: μετὰ τὴν ὅλην κατὰ τὸν Σαρπηδόνα περιπέτειαν ἐν δυσὶ τούτοις μόνοις ἔπεσι τῶν τοιούτων ἵππων μνησθεὶς, ὡς αὐτῷ ἔδοξεν, εἶτα πάλιν εὐθὺς τῆς κατὰ τὸν Γλαῦκον ἀκολουθίας γενόμενος, ἵνα καὶ οὕτως ἀμυδρὰν γοῦν τινὰ παρεξαλλαγὴν ἐνθήσει τῷ λόγῳ πρὸς γῆθος τοῦ ἀκροατοῦ.

Miror, vidisse neminem, certe edisseruisse neminem, perfectam artem poetæ in hoc ipso cerni, quod huius narrationis exitus non iam narratio est sed pictura. Dum inter Patroclum et Sarpedona certatur,

totus audientium animus pugnantibus adest, incerti exitus exspectatione intentus; victo Sarpedone circumspiciunt equosque animadvertunt iam solutos a sociis victoris sed propter tumultum proeliorum exsultantes, præsertim novis equisonibus nondum adsuetos. Atque haud scio, an hoc prosæ orationis scriptor narrare omissurus non fuerit, equos sub finem pugnæ, vergente iam victoria, a sociis eius, qui superior discessurus videretur, solutos esse et seductos, sed hoc vel maxime interest inter poetam et prosæ orationis scriptorem, quod huic propositum est, ut ab initio ad exitum omnia suo quæque ordine æquabiliter persequatur nec ulla in re præter ceteras immoretur, ille sibi eam legem dixisse videtur, ut, ad delectationem audientium omnia referens, suo arbitrio usus multa omittat, multa differat, alia paucis depingat, alia pluribus verbis eloquatur.

Simili errore Il. 4, 214 *) a quibusdam inductus est aor. 2 verbi, q. e. ἄγω, cuius rationis auctores iam sunt scholl. **), qni pro varia interpun-

---

*) τοῦ δ' ἐξελκομένοιο πάλιν ἄγεν ὀξέες ὄγκοι.

**) τὸ πάλιν εἰ μὲν τοῖς ἡγουμένοις συντάττοιμεν, ἔσται τὸ ἄγεν ἀντὶ τοῦ κατεάχθησαν, ὡς,, νῦν δέ μοι ἐν χείρεσσιν ἄγη ξίφος, ἤτοι συνεσταλμένης τῆς ἀρχῆς ποιητικῶς, ἢ τοῦ ε ἀφῃρημένου ἀπὸ τοῦ ἔαγεν. ἐὰν δὲ τοῖς ἑξῆς προσδῶμεν αὐτὸ, ἔσται εἰς τοὐπίσω ἤχθησαν, τουτέστιν ὑπέστρεψαν. A. Videtur schol. (συντάττοιμεν — προσδῶμεν) magis in eam sententiam inclinare, ut ab ἄγω

gendi et explicandi ratione aut ab ἄγω repetunt aut ab ἄγνυμι. Hanc rationem præter Heynium etiam Wolfius*) et Spitznerus amplecti videntur, quæ est eorum membra orationis distinguendi ratio; nisi forte credere malis, eos cum Passovio utramque rationem confudisse. Is, laudato Her. 1, 185 (ποταμὸς ἀγνύμενος), vertit: *sie wurden zurückgebogen.* At hanc vim inesse verbo, q. e. ἄγνυμι, probari non potest; nam Herodotei quidem loci longe aliam esse rationem, nemo negabit. Non minus incerta loquitur Eustathius: τοῦ δ' ἐξελκομένοιο, πάλιν ἄγεν ὀξέες ὄγκοι, οἱ προῤῥυθέντες δηλαδή. ἔστι δὲ τὸ πάλιν ἄγεν ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ ἔμπαλιν ἐκλάσθησαν. τοῦτο δὲ εἴρηται πρὸς διαστολὴν τῆς πρώτης περιαγωγῆς καὶ κλάσεως, ἣν οἱ ὄγκοι πάσχουσι γλωχινούμενοι ἐν τῷ χαλκεύεσθαι. τότε μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ ἄνω ἀφορῶντες γωνιοῦνται· νῦν δὲ θραυόμενοι ἔμπαλιν ἄγονται. ποιητικὴ δὲ λέξις καὶ τὸ ἄγεν. καὶ ἔστιν ὥσπερ τραφεὶς τραφέντος τράφεν, ὅ ἐστιν ἐτράφησαν, οὕτω καὶ ἀγεὶς ἀγέντος ἄγεν. Rostius in Dammii

repetat. Idem valet de scholl. BL. εἰς τοὐπίσω ἀνεκάμφθησαν. εἰ δὲ στίξομεν εἰς τὸ πάλιν, δύναται οὕτως εἶναι, τούτου εἰς τοὐπίσω ἑλκομένου καὶ διὰ τῆς αὐτῆς ἀνακαμπτομένου ἐμπήξεως συνεθλάσθησαν. ἄδηλοι δὲ ἦσαν συνεσφιγμένοι, ἕως ἀφέθησαν.

*) *l. l. rückwärts von Zeit und Ort. Die Widerhacken, die in die Rüstung gegangen waren, wurden zurückgebogen. Diess liegt in* πάλιν ἄγεν.

lexico s. v. αγω (ἄγνυμι) Heynium censet ad Il. 3, 367 restituto, quod oblitteratum esset, digammate in omnibus huius aoristi formis, quæ apud Homerum leguntur, α esse producendum, argumentis sat probabilibus ostendisse. Putat enim et ipse, aoristi formam, q. e. ἐάγην, α habere natura longum, quod omnibus locis præter Il. 11, 559 contra regulam correptum sit. Sed vereor, ne nimis audacter Heynius, unius loci præsidio fretus, sex locos Homericos impugnaverit, præsertim quum is sit exitus disputationis eius, ut invitis libris universos locos corrigat. Nam quæ affert eiusdem stirpis verba derivata, in quibus α longum sit, mihi quidem parum valere videntur contra constantem usum poetæ et eam legem grammaticorum, ut aor. 2. brevem vocalem *) habeat, quæ lex tantum valet, ut etiam qui syllabam natura brevem positione productam habituri erant nonnulli, mutato litterarum ordine, communi aoristorum legi morem gerant, quo ex genere sunt ἔπραθον, ἔδρακον, ἔδραθον, alii.

---

*) ἐνένιπεν est imperf. redupl., ut μέμηκον (Od. 9, 439), non aoristus.

16.

Od. 5, 361; Il. 11, 187 & 202.

Persæpe usu venire, maxime apud poetas, ut, in una sententia bis posita inveniatur particula ἄν, nemo nescit. Revocant hunc usum grammatici ad duo tempora: aut enim fieri, ubi, interjecta sententia aut longiore sententiæ membro, verba arte cohærentia disiungantur, ut part. ἄν in exordio enuntiationis posita post interiectam sententiam repetatur, aut ita disponendas esse particulas, ut altera cum verbo altera cum aliquo sententiæ vocabulo artius iungenda sit *). Neque in hoc sermonis usu explicando quidquam reliqui fecerunt Rostius (p. 592 sq.), Vigerus (p. 487) et Hermannus in annotationibus (p. 812 sqq.), Bernhardyus (p. 391), Matthiæus (§ 600), Thierschius (§ 337), Kühnerus (§ 458). Sed quod adhuc neminem satis illustrasse video, si quis ea exempla, quæ aut ipse inter legendum ex scriptoribus veteribus notaverit aut ab iis, quos supra enumeravi, quive de hoc loco grammaticæ Græcæ separatim egerunt (Herm. opusc. 4, 199), laudata repererit, si hæc exempla contulerit omnia: usum

*) Sunt ex his exemplis permulta, in quibus, mutato in participium protaseos verbo finito, protasis et apodosis in unam sententiam coaluerint.

repetitæ particulæ ἄν ita circumscribi intelliget, ut finibus apodoseos maxime hypotheticæ contineatur. Nam contra consentientem reliquorum scriptorum usum frequentissimum pro nihilo habendi sunt loci duo, alter ex epigrammate Solonis (12mo in Brunckii poetis gnomicis), quod laudat Hermannus, alter Aristophanis (Equ. 1108), ubi Dindorfius ἄν in αὖ correxit.

Iam si quærimus, num loci Homerici, in quibus ἄν κέ sive κέ κέ legitur, cum regula, quam supra posuimus, conveniant: tribus locis (Od. 9, 334; Il. 13, 127; Od. 4, 733) apud poetam consimilem usum reperimus, quibus alteros tres, qui particulam in protasi repetitam habent, falso annumerant interpretes. Nam mihi quidem insolentem hunc usum præter silentium Eustathii et scholiastarum suspectum reddit, quod, comparatis universis locis (Od. 5, 361; Il. 11, 187 et 202), particula in eadem verborum complexione (ὄφρ' ἄν μέν κεν) repetita invenitur. Nam quum constet, non pauca apud Homerum exstare exempla productæ etiam in thesi (Il. 5, 358; Od. 17, 198) vocalis brevis sequente littera liquida aut tenui (Spitzn. de vers. her. p. 51), quumque dubitari vix possit, quin nullum soni discrimen fuerit inter ὄφρ' ἄν μέν et ὄφρα μέν, sonueritque utrumque oframmen, mihi quidem persuasum

est, ἄν esse eiiciendum *). Qui locus reliquus esse quibusdam forsitan videatur, huc non pertinet. Nam Od. 6, 259 ἄν est præpositio ἀνά, quæ ex Homeri aliorumque loquendi consuetudine h. l. abesse non potest; neque enim, comparato v. 262, cum Crusio quisquam hunc usum omissæ præpositionis confirmabit, laudato Od. 5, 55.

Præsidio usus huius legis, qua vocalem brevem ante litteram liquidam aut tenuem interdum produci supra diximus, de metrica ratione vocum ἕως et τέως cum Eustathio **) iudico, quem sequitur Spitznerus l. l. p. 82. Nam quæ rationes a recentioribus excogitatæ sunt, quamvis videantur subtiles: nec simplici illa veritatis specie commendantur nec ullo fundamento historico nituntur.

---

*) Bothius Od. 5, 361 ἄν delevit, Il. 11, 187 & 202 retinuit, sed ad Od. 5, 361 delendum censuit. Idem locos utriusque generis recte discernit, sed cum reliquis in eo peccat, quod iis locis, in quibus abundet ἄν, Od. 6, 259 annumerat.

**) (ad Il. I, 193) τὸν πρῶτον τόπον πούς ἐπέχει ἀμφίβραχυς ἕως ὁ. ὁ δὲ ἀμφίβραχυς ἀνοίκειος μέτρῳ δακτυλικῷ, εἰ μὴ θεραπεύοιτο, καθάπερ καὶ ἐνταῦθα θεραπεία τις τῷ πάθει τῆς τοῦ στίχου κεφαλῆς ἐφεύρηται. τὸ μὲν γὰρ ἕως κατὰ λόγον συνιζήσεως εἰς μίαν καταλογίζεται μακρὰν συλλαβήν. τὸ δὲ σ κατὰ τέσσαρας τρόπους κοινῆς συλλαβῆς ἐκ τοῦ ταπεινώματος τῆς βραχείας ἀνίσταται μηκυνόμενον ..... ἔχει δὲ καὶ τὸ τ ἐπαγόμενον.

Altera auctores numerat Buttmai n (Gr. Gr. § 116, 16), Thierschium (§ 168, 10 ermannum (Elem. metr. p. 58), qui εἶος et τεῖ ontntian- dum statuunt. Quæ ratio mihi quid h impro- banda videtur. Nam etiamsi exemplun re pos- sent correptæ syllabæ natura longæ e sonan- tem exeuntis: in hoc saltem, quod in tiando ε et τε in εἰ et τει mutandum cens onem inducunt inauditam, et quæ non modo rum auctoritate confirmetur, sed disertis Eu oli- astarum testimoniis refragetur. Et n em miror, quam rationem putent Alex s grammaticos impellere potuisse, ut scriberent aliis εἴως, siquidem ubiqu n- tiandum esset.

Altera ratio, quæ Nitzschio v ur, Vossii (Hymn. ad Dem. 138) est, forum sententiam sequitur, paucis adiectis a litatem conciliandam. Nam εἴω et τείω pronu censet, vocabula, q. s. οὕτω, ὧδε, πώ, οὔ pparans. Sed hæc ratio, licet levitati super subvenire conata sit, ne ipsa quidem eadem i ate vacat; neque enim contra consentientia vet testimonia et constantem librorum scripturam quam valet ratio vel ingeniosissime a recentiorib excogitata.

Eustathii rationem sequenti omne oci facillime concinnantur. ἕως ὅ, sequente τ, leg r Il. 1, 193;

est, ἄν esse eiiciendum *). Qui locus reliquus esse quibusdam forsitan videatur, huc non pertinet. Nam Od. 6, 259 ἄν est præpositio ἀνά, quæ ex Homeri aliorumque loquendi consuetudine h. l. abesse non potest; neque enim, comparato v. 262, cum Crusio quisquam hunc usum omissæ præpositionis confirmabit, laudato Od. 5, 55.

Præsidio usus huius legis, qua vocalem brevem ante litteram liquidam aut tenuem interdum produci supra diximus, de metrica ratione vocum ἕως et τέως cum Eustathio **) iudico, quem sequitur Spitznerus l. l. p. 82. Nam quæ rationes a recentioribus excogitatæ sunt, quamvis videantur subtiles: nec simplici illa veritatis specie commendantur nec ullo fundamento historico nituntur.

---

*) Bothius Od. 5, 361 ἄν delevit, Il. 11, 187 & 202 retinuit, sed ad Od. 5, 361 delendum censuit. Idem locos utriusque generis recte discernit, sed cum reliquis in eo peccat, quod iis locis, in quibus abundet ἄν, Od. 6, 259 annumerat.

**) (ad Il. I, 193) τὸν πρῶτον τόπον πούς ἐπέχει ἀμφίβραχυς ἕως ὁ. ὁ δὲ ἀμφίβραχυς ἀνοίκειος μέτρῳ δακτυλικῷ, εἰ μὴ θεραπεύοιτο, καθάπερ καὶ ἐνταῦθα. θεραπεία τις τῷ πάθει τῆς τοῦ στίχου κεφαλῆς ἐφεύρηται. τὸ μὲν γὰρ ἕως κατὰ λόγον συνιζήσεως εἰς μίαν καταλογίζεται μακρὰν συλλαβήν. τὸ δὲ ο κατὰ τέσσαρας τρόπους κοινῆς συλλαβῆς ἐκ τοῦ ταπεινώματος τῆς βραχείας ἀνίσταται μηκυνόμενον ..... ἔχει δὲ καὶ τὸ τ ἐπαγόμενον.

Altera auctores numerat Buttmannum (Gr. Gr. § 116, 16), Thierschium (§ 168, 10), Hermannum (Elem. metr. p. 58), qui εἶος et τεῖος pronuntiandum statuunt. Quæ ratio mihi quidem tota improbanda videtur. Nam etiamsi exemplum proferre possent correptæ syllabæ natura longæ et in consonantem exeuntis: in hoc saltem, quod in pronuntiando ἕ et τέ in εἶ et τεῖ mutandum censent, rationem inducunt inauditam, et quæ non modo nulla veterum auctoritate confirmetur, sed disertis Eustathii et scholiastarum testimoniis refragetur. Et maxime quidem miror, quam rationem putent Alexandrinos illos grammaticos impellere potuisse, ut aliis locis ἕως scriberent aliis εἴως, siquidem ubique εἶως pronuntiandum esset.

Altera ratio, quæ Nitzschio valde probatur, Vossii (Hymn. ad Dem. 138) est, qui superiorum sententiam sequitur, paucis adiectis ad probabilitatem conciliandam. Nam εἶω et τεῖω pronuntiandum censet, vocabula, q. s. οὕτω, ὧδε, πώ, οὔπω, comparans. Sed hæc ratio, licet levitati superiorum subvenire conata sit, ne ipsa quidem eadem infirmitate vacat; neque enim contra consentientia veterum testimonia et constantem librorum scripturam quidquam valet ratio vel ingeniosissime a recentioribus excogitata.

Eustathii rationem sequenti omnes ci facillime concinnantur. ἕως ὁ, sequente τ, legit Il. 1, 193;

10, 507; 18, 15; 11, 411; 17, 106. Od. 4, 120; 5, 365 & 424. Il. 15, 539; 21, 602. ἕως ἵκηται (pron. ὥς ἵκ.) Il. 13, 141; Od. 15, 109; 19, 367. ἕως μέν Il. 17, 727; Od. 2, 148; 19, 530. ἕως μιν Od. 5, 123. ἕως ὅγε Od. 5, 386. ἕως ἐπῆλθον Od. 7, 280 et 9, 233 (pron. ὥς ἐπ.). εἵως legitur Il. 12, 141; 13, 143; 3, 291; 11, 342; 20, 412; 24, 183; Od. 9, 376; 13, 321; Il. 11, 488; Od. 12, 327; 13, 315; 15, 153; 17, 390; 22, 106; 4, 800; 6, 80; 3, 126. Restant loci duo, alter Od. 2, 78, ubi ἕως legitur, alter Od. 4, 90, ubi, repudiata scriptura 2 codicum Ambrosianorum, ἕως ἐγώ scribimus (pron. ὥς ἐ.), illos versus comparantes, qui in primo, tertio, quarto pede trocheum pro spondeo habent (Thierschius § 148, 1).

Quum Buttmanni ceterorumque ratio in ἕως parum nobis probaretur, multo etiam minus in τέως satisfecit. Nam τείως legitur Od. 4, 91; 15, 127; 16, 139. τέως Il. 24, 658; Od. 18, 190. τέως (pron. τως) μέν Od. 15, 231; 16, 370; 24, 162. Reliquus est unus locus; sed ne ibi quidem τειος pronuntiandum est; nam neque ita pronuntiari potest, nisi αὐτόθι, invitis libris omnibus, in αὐτόθι mutato, et tali pronuntiandi rationi repugnant testimonia Eustathii qui τέως γε scribit et scholiastæ B., qui, repudiata scriptura librorum deteriorum, τέως περ exhibentium, commate post τέως posito, ita alteram

thesëos partem, quæ deest, quasi reparari censet. Nam in hanc sententiam accipienda sunt scholii verba ad Il. 19, 189: καὶ βραχὺ διασταλτέον ἐπὶ τὸ τέως πρὸς τὸ σαφές, καὶ ἵνα διὰ τῆς σιωπῆς τοῦ χρόνου τὸ μέρος σώζηται. Quæ ratio, nec incognita et interdum admittenda, h. l. non est necessaria, quoniam vocali brevi subiecta est littera π.

IV.

Il. 24; 338.

πρὶν Πηλείωνάδ' ἱκέσθαι.

Ad hunc versum multa disputarunt recentiores, quum usum præpositionum εἰς, πρός, ἐπί, ὡς comparant et distinguunt (Sintenisius in excursu 4 ad Plut. Pericl. p. 305 sqq., Spitznerus in excursu ad h. l.): de forma unica (Πηλείωνάδε), quæ hoc loco legitur, aut pauca aut nihil habent. Tamen non uno nomine scrupulum iniicit. Nam primum enclitica δέ illis quidem nominibus propriis vulgo additur, quæ terram, urbem, insulam designant, eorum, quæ personas notant, nulli præter unum Ἄϊδος nomen, et ne huius quidem quarto casui sed secundo; deinde cum iis verbis iungitur, quæ motus significationem habent, velut βαίνω, ἔκιον, εἶμι, ἔρχομαι, νοστέω, ἵημι, ἡγέομαι, νέομαι, κρίνω, ναυτίλλομαι, ἀΐσσω

ὀτρύνω, πέμπω, ἐλαύνω, ῥέω, δίδωμι, πλέω cet., non cum iis, quæ finem motus magis, quam ipsum motum, efferentia, vim consequendi et perveniendi habent, non accedendi et appropinquandi. Ex hoc genere quum sint ἱκέσθαι et ἀφικέσθαι *), ne hæc quidem umquam cum nomine iuncta reperias, cui addita sit enclitica δέ; quod latius patere non dubito, de Homero saltem asseverare possum; nam quod cum adverbiis οἴκαδε, ἔνθαδε iunguntur, alia ratio est.

Sed quamvis hæc forma a Græci sermonis consuetudine et Homerico loquendi usu abhorreret, quæ est textus Homerici singularis condicio, si certo constaret, ita scripsisse Aristarchum aut Aristotelem aut quemvis denique illorum grammaticorum, ceteris modo non obloquentibus, vix erat, ut scriptura tentari posset, nedum loco moveri. At hanc formam atque adeo totum hunc versum ne verbo quidem attigit Eustathius, et quod exstat scholion, minime probat, scholiastam legisse Πηλείωνάδ', quum verba **) eius non minus ad Πηλείωνα referri possint. Itaque scribendum censeo: πρὶν Πηλείων' ἀφικέσθαι. Suadent collati versus 431 et 448.

*) Apud Hom. hæc verba cum personis iunguntur nulla præp. addita; cum rebus aut sine præp. aut adfecta præp. πρός, εἰς, ἐπί, μετά.

**) ἡ διπλῆ, ὅτι οὕτως εἴρηκε Πηλείωνάδε, εἰς Πηλείωνα ἀντὶ τοῦ πρὸς Πηλείωνα ἢ ἐπὶ Πηλείωνα.

18.

Od. 20, 122—123.

αἱ δ' ἄλλαι δμωαὶ κατὰ δώματα κάλ' Ὀδυσῆος
ἀγρόμεναι ἀνέκαιον ἐπ' ἐσχάρῃ ἀκάματον πῦρ.

Ita consensu omnium editur, nec quemquam interpretum offendit illa mentio convenientium ancillarum, non minus a consuetudine vitæ heroicæ aliena, quam ab usu sermonis. Dormiebant enim δμῶες ἐνὶ οἴκῳ (Od. 11, 190) sive ἐνὶ μεγάρῳ (Od. 20, 6) ἐν κόνι ἄγχι πυρός (Od. 11, 191; cfr. Od. 14, 518), ut opus non esset, mané experrectæ convenirent, quæ noctu una cubarent. Neque vero vocabulo, q. e. ἀγείρεσθαι, umquam usus est poeta de ancillis, quæ ex diversis ædium partibus convenissent.

His rationibus inductus et multo etiam magis totius loci natura et indole, ἐγρόμεναι scribendum censeo. A diis precatur Ulixes, ut aliquis hominum expergiscentium vocem mittat sibi faustam. Se solum experrectum opinatur; et ceteri quidem dormiunt omnes præter unam ancillam, quæ superioris diei opus nondum finierat:

αἱ μὲν ἄρ' ἄλλαι εὗδον, ἐπεὶ κατὰ πυρὸν ἄλεσσαν,
ἡ δὲ μί' οὔ πω παύετ', ἀφαυροτάτη δ' ἐτέτυκτο.

Voce ab hac missa, quam in omen accipit Ulixes, tum demum tota domo surgitur:

αἱ δ' ἄλλαι δμωαὶ κατὰ δώματα κάλ' Ὀδυσῆος
ἐγρόμεναι ἀνέκαιον ἐπ' ἐσχάρῃ ἀκάματον πῦρ.
Τηλέμαχος δ' εὐνῆθεν ἀνίστατο κ. τ. λ.

19.

Il. 3, 40.

αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι.

Ad hunc locum mira quaedam congesserunt Eustathius et scholiastae, quo factum est, ut sententiam per se intellectu facillimam ne recentiores quidem perceperint. Primum de voce ἄγονος Eustathius: ἄγ. κοινότερον μὲν ὁ μὴ γεννῶν, νῦν δὲ ἄλλως ὁ μὴ γεννηθείς. At quid eum coegit interpretationem amplecti, quam ipse usitatae vocabuli potestati refragari dicit? An commodae sententiae conciliandae ratio? At ita quidem sententia ineptissima erit atque adeo nulla. Quid est enim, quod magis sententia careat, quam eiusmodi votum: "*utinam ne natus esses et mortuus esses coelebs*"? Addit: ὁ δὲ μὴ γεννῶν ἄσπερμος ἂν Ὁμηρικῶς ῥηθείη, κατὰ τὸ ἄσπερμος γενεή (Il. 20, 303); quasi vero ideo sua potestate iure pellatur ἄγονος, quod eiusdem significationis alterum inveniatur vocabulum.

Interpretationi, quam supra posui, sanam sententiam inesse nullam, iam veteres viderunt; itaque

eo confugerunt, ut Hectorem ira abreptum parum inter se cohaerentia locutum statuerent. Hæc ita scholl. BL.: τῷ δὲ θυμῷ ἡττώμενος ἐπὶ τὸ ἀδύνατον τῆς κατάρας ἐκπίπτει. At veritati vitæ humanæ non ita obsequuntur poetæ epici, ut, etiam quæ sint turpia et deformia in hominum sermone, imitentur et effingant. Faciunt hoc scenici poetæ, ut, si quem ebrium inducunt, balbutientem et barriolantem exhibeant: apud Homerum Cyclops ebrius non minus eleganter loquitur, quam ipse Ulixes; ebrietatem ejus narrando quam luculentissime describit poeta, ipsum ebrium in poema admitti, operis lex vetat. Neque vero magis Hectorem ira ita abripi passus est, ut sensu carentia loquentem induceret. Eodem sine dubio spectavit observatio eruditæ, quam Eustathius non plane perceptam ita expressit: εὐχὴ δέ ἐστιν ἀδυνάτως ἔχουσα τελεσθῆναι, ὁποῖα πολλὰ εὔχονται ὀργιζόμενοι· πῶς γὰρ οἷόν τε τὰ ἤδη γενόμενα μὴ γενέσθαι; neque enim attinuit tritissimam loquendi formulam h. l. notare, quum Il. 1, 415 silentio præteriisset. Sed præter hanc, quam dixi, iræ excusationem, aliam explicandi rationem afferunt scholl. BL., ut τέ-τά eodem sensu accipiendum statuant, quo ἤ-ἤ. Neque tamen ullum exemplum excitant, quo hunc particulæ usum probent. Laudant Il. 15, 634, ut ostendant, eandem significationem inesse particulæ καί. Sed ad h. l.

scholl. AD., allata hac explicatione, addunt: ἢ οὕτως, ποτὲ μὲν πρώταις ποτὲ δὲ ὑστέραις, ὅπερ καὶ ἄμεινον, ἵν' ᾖ ταῖς πρώταις καὶ ὑστάταις; et si vel maxime hæc significatio inesset particulæ καί, non continuo inde sequeretur, ut eadem inesset particulæ τέ. Eandem rationem sequitur F. A. Wolfius (l. l.); sed ne ille quidem exemplum affert ullum. Neque vero comparare licet Od. 2, 374, cuius loci alia ratio sit. Stadelmannus τε-τε *die enge Verbindung zwischen dem Begriffe der Nichtexistenz sowohl als der Vernichtung* significare statuit. At quo artius hæc connectuntur, eo maior fit contradictio. Idem inter utrumque prædicatum hanc sententiam audit: *"Da du nun aber einmal auf der Welt bist, so wäre zu wünschen, dass du wenigstens etc.*, ut mihi quidem videtur, subtilius quam verius. Postremo schol. A. Dionysium quendam tradit memoriæ prodidisse, Paridis et Helenæ filium fuisse Dardanum, cui narrationi adversatur Od. 4, 12. Eundem grammaticum Eustathius tradit post v. 40 ex Il. 9, 455 interposuisse: μηδέ τι γούνασιν οἷσιν ἐφέσσασθαι φίλον υἱόν — Δάρδανον. Sed ita loquitur Eustathius, ut appareat, nec ipsum hoc legisse nec audisse ab eo, qui legisset.

His interpretum testimoniis recensitis, ad locum interpretandum accedemus. Et primum quidem in voce ἄγονος explicanda non est sane, cur usitatam

vocabuli vim deseramus, praesertim quum constanti analogia confirmetur; in ἄτοκος, ἄκουρος, ταχύγονος, πολύγονος obvia. Neque tamen ἄγονος sine liberis interpretor, sed primam et propriam vim vocabuli pressius sequens de eo accipio, qui generare non possit, ut nec ad hysteronproteron sit confugiendum nec contra Homeri auctoritatem Paridis et Helenae liberi inducantur. Neque vero insolita fuit ἡ τοῦ σπέρματος ἀποφθορᾶς κατάρα (Aesch. Eum. 179, Il. 9, 454 sqq.). Denique dubitare licet, num Dionysius ille σκυτοβραχίων post v. 40 versum illum ex Il. 9 inseruerit. Mihi quidem veri simile non videtur. Potius crediderim, Dionysium, hanc nostram explicandi rationem amplexum, tamquam simillimam exsecrationem continentem, hunc versum laudasse.

Confirmat hanc interpretationem praeter schol. A., quod supra laudavimus, testimonium Suetonii, qui Augustum tradit domestica mala deplorantem, mutato verborum ordine, proclamare solitum:
αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.

20.

Od. 6, 106.

Miratur Nitzschius et, qui hunc sequitur, Crusius, ἀγρονόμος scribi, quamquam altera vocabuli

pars verbum neutrum sit. Quod quomodo iis in mentem venerit, non facile est ad dispiciendum, præsertim quum transitivus huius verbi medii usus apud Homerum et alios non sit infrequens, et ipsi interpretentur verbis ex Il. 20, 8 petitis: αἵτ' ἄλσεα καλὰ νέμονται. Crusius: "*Auffallend ist der Accent auf der vorletzten Sylbe bey dem Compositum eines neutralen Verbums. Eustath erklärt deshalb* αἱ τὰ ἄγρια *oder* ἐν ἀγρῷ νέμουσαι. *Doch ist diese Deutung unsicher, denn Andere schreiben auch* ἀγρόνομοι. In eandem sententiam pluribus verbis Nitzschius. Sed quoniam dubitari vix potest, quin Eustathii verba non recte perceperint, ea apponam: Ἀγρονόμοι παροξυτόνως μὲν, αἱ τὰ ἄγρια νέμουσαι ἢ ἐν ἀγρῷ νέμουσαι· εἰ δὲ καὶ παροξύνεται (scribendum est προπαροξύνεται) ἴσως ἡ λέξις πάθος ἂν εἴη, δηλοῦσα καθ' ὁμοιότητα τοῦ πρωτότοκοι καὶ τῶν ὁμοίων. δοκεῖ δὲ ἀπεμφαίνειν ἡ τοιαύτη σημασία. οὐ γὰρ ἂν αἱ νύμφαι νέμεσθαι λεχθεῖεν ἄν, εἰ μὴ ἄρα τὸ νέμεσθαι νοηθείη ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς διάγειν καὶ οἰκεῖν, οὗ χρήσεις ἐν τῇ Ὁμηρικῇ Βοιωτίᾳ ἱκαναί. Sunt ἀγρονόμοι, quæ feras (Il. 5, 52) pascunt aut quæ agrum incolunt (habet enim etiam activa forma hanc vim interdum). Quodsi forte etiam ἀγρόνομος scribitur, passivo sensu accipiendum est ex analogia τοῦ πρωτότοκος (primogenitus, at πρωτοτόκος οὐ πρὶν εἰδυῖα

νόμοις) et similium. Videtur autem hæc significatio non convenire. Neque vero Nymphæ νέμεσθαι dicerentur (monet his verbis lectores, ne νέμεσθαι pasci interpretentur, et haud scio, an eodem spectent scholiastæ verba: νέμουσι· οὐ γὰρ νεμόμεναι), nisi νέμεσθαι simpliciter degere, incolere significaret; cet.

21.

Hes. Op. et D. 351; 370; 501; 577. Od. 18, 358; Il. 10, 304; 2, 393; 15, 502.

In voce ἄρκιος explicanda magis secum quam inter se dissentiunt veteres interpretes. Quorum disputationibus quum res mihi magis obscurari, quam illustrari, videatur, eos in partem vocandos non putavi, præsertim quum appareat, plerosque omnes, certam rationem secutos nullam de propria vi vocabuli, tantummodo id egisse, ut locos Homericos et Hesiodeos inter se conciliarent interpretationemque elicerent, quæ ad universos locos conveniret. Quod licet sedulo fecisse videantur, tamen neutiquam ex sententia cessit, neque fere ante Buttmannum quisquam plane et dilucide de hac voce disseruit; quem quum secuti sint recentiores interpretes, satis habebo disputationem eius recognoscere. Is de huius voca-

buli notione bis iudicium fecit; nam quum in verbo ἀρκεῖν explicando tamquam rem certam et exploratam commemorasset (Lex. 1, 4), ἄρκιος esse ἱκανός, sufficiens, par, et ἄρκιον εἶναι sufficere, satis esse: paullo post (Lex. 2, 35), locis Homericis et Hesiodeis comparatis, de sententia deductus, eam rationem amplexus est, ut ἄρκιος idem atque ἕτοιμος significare statueret. Ita factum est, ut a V. Cl. non tam dissentiendum videretur, quam ipse sibi conciliandus et quasi a se defendendus; qui quum nullam prioris interpretationis reiiciendæ causam habuisse videatur, nisi quod singulis locis non conveniret, non dubito, quin hanc defendens, vel ipso Buttmanno iudice, victurus sim, si demonstraverim, multo melius quam illam alteram cum sensu locorum omnium congruere.

Itaque ut ab Hesiodeis locis ordiamur, nemo negabit, optimam sententiam effici, si ea, quæ Op. et D. 351 leguntur: ὡς ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς, ita verteris: *ut auxilii egens etiam in posterum invenias, quod satis sit.*

Versus 370, μισθὸς ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω, separatim scriptus, ut recte, Plutarchi auctoritate nisus, contra Buttmannum obtinuit Goettlingius, peculiare præceptum continet in hanc sententiam: *Condicta mercede amicus contentus esto!*

Denique ἄρκιος βίος bis legitur (501 et 577), quod Buttmannus certum victum significare putat, licet etiam alteram interpretationem (sufficiens victus) ferri posse, ingenue fateatur. At hanc unice veram esse, utriusque loci contextus ostendit, maxime, quæ priore loco antecedunt, χρηΐζων βιότοιο et ἀνὴρ κεχρημένος. Et de Hesiodeis quidem locis hæc sufficiant.

Consentienti recentiorum poetarum usui non tantum tribuo, ut ad meam rationem confirmandam inde argumentum petam; dissentienti usu eorum suam rationem muniri, vereor, ne nimis cupide statuerit Buttmannus.

Venimus ad locos Homericos. Iam apud Hesiodum vidimus, quid esset μισθὸς ἄρκιος. Idem apud Homerum bis legitur ita, ut merces utroque loco diserte nominetur. Altero (Od. 18, 358) est victus et cultus liberalis, altero (Il. 10, 304) equi Achillis. Hic etiam Buttmannus: "*certa merces*". At certam mercedem non modo is habet, qui liberaliter alitur et vestitur; mercedem non minus certam, quamvis exiguam, habet persæpe vel is, qui servit

ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ οὐ βίοτος πολὺς εἴη.

Quærit in altero loco Buttmannus, quomodo merces primum magna dici possit, deinde sufficiens; qua re nihil expeditu planius. Magnitudo enim mercedis altero verbo absolute indicatur, relative altero.

Poterat enim præmium, per se satis magnum, perexiguum videri præ periculi magnitudine. Neque vero eadem cogitatio, pluribus verbis parvo discrimine repetita, quemquam offendere debet præsertim apud Homerum (cfr. Il. 2, 528 sq.).

Qui reliqui sunt loci duo, Buttmanno maxime scrupulum iniecerunt eumque ad novam interpretationem circumspiciendam compulerunt. Alter est Il. 2, 393:

οὔ οἱ ἔπειτα
ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Hic Buttmannus sufficiendi notionem ferri posse negat. At quid obstat, quo minus ita vertamus: huic vero satis non erit canes et aves effugisse: parum ei proderit proelii pericula fuga evitasse, quum etiam finita pugna periculum non minus capitale ab imperatore immineat. Est hæc quidem minandi ratio aptissima maximeque usitata. Nam Agamemnon, qui exploratum habet, militem non minus imperatorem, quam hostem, metuere opus esse, gravissimum quodque supplicii genus obscure minatur; et quod ipsum supplicium non edisserit, facit hoc caute et prudenter, ut et offensionem vitet et non minus deterreat, quam si crudelissima quæque supplicia diserte proposuisset.

Extremus locus est Il. 15, 502:
αἰδώς, Ἀργεῖοι· νῦν ἄρκιον ἢ ἀπολέσθαι
ἠὲ σαωθῆναι καὶ ἀπώσασθαι κακὰ νηῶν.

Interpretatur Buttmannus: *O der Schaam, Argiver, nun liegt es uns da, d. h. nun steht es uns bevor, entweder zu sterben oder zu siegen.* At quodnam erat id dedecus? an non utraque sors honestissima? quodsi turpis esset proposita aut vitæ pro salute et victoria profundendæ aut victoriæ reportandæ condicio, omnes milites pudendum erat; proposita est enim omnibus et maxime fortissimo cuique. Nam αἰδώς, ubi quasi interiectionis vice fungitur, ita semper ponitur, ut sequatur causa obiurgationis ex flagitio aliquo repetita, quod admiserunt ii, qui obiurgantur. Ostendunt quum reliqui loci (Il. 8, 228; 16, 422; 17, 336), tum maxime duo (5, 787 sqq.; 13, 95 sqq.), in quibus eadem res, atque hoc loco, Argivis vitio datur, quod, qui Troianorum urbi, dum Achilles pugnæ aderat, minati essent, iam in ultimum discrimen compulsi satis haberent pro salute non pro gloria et victoria dimicare. Itaque vertendum censeo: Indignum Argivi! nunc satis habetis aut mori aut (turpiter) servari, hostium igni a navibus (ægre) depulso.

His ita disputatis, hoc saltem consecuti videmur, ne quis cum Buttmanno rationem cetera pro-

babilem cum singulis locis discrepare statuat ideoque reiiciat.

22.

Od. 17, 57; 19, 29; 21, 386; 22, 398.

Vox ἄπτερος in Odyssea quater invenitur, semper in eadem verborum complexione: τῇ δ'ἄπτερος ἔπλετο μῦθος. De huius vocis vi et derivatione dissentiunt interpretes, quum alii *non alatus* interpretentur, alii *valde alatus*. Itaque iure mireris, eos, etsi non eadem, eodem pervenisse, dum hi vertunt: *Erat ei oratio talis, ut celeriter avolaret h. e. celeriter in animum eius penetraret nec intercideret;* illi: *Erat ei oratio talis, ut non avolaret h. e. animo eius infigeretur.* Utramque rationem affert Eustathius ita tamen, ut hanc plures secutos esse significet. Eandem Passovius amplexus est, quem vestigiis consecutus est Papius. Passovius: *Die Rede war ihr flügellos, d. i. die zu ihr gesprochenen Worte entflogen ihr nicht wieder, sie behielt sie wohl im Gedächtniss, obgleich die Worte sonst* πτερόεντα *zu seyn pflegen.* Ceterum quod ἔπεα πτερόεντα comparant, subest huic comparationi vis vocabuli πτερόεις non recte percepta; alata enim verba dici, non quod sonus eorum cele-

riter evanescat, aut ipsa brevi memoria excidant, sed quod, quæ mente concepta sunt, verborum quasi alis e carcere suo evolent, vix opus est commemorare, neque sub voce πτερόεις iidem verum non viderunt.

Ex hoc, quem vidimus, dissentientium consensu apparet, eos certa derivandi ratione et constanti recentiorum scriptorum usu destitutos, eam viam ingressos esse, quæ sola sæpe restat, ut locos Homericos inter se componerent, atque ita interpretationem constituerent. Itaque quum suo utrique modo in eandem sententiam hæc verba converterent, id maxime secuti videntur, quod proxime præcedit imperium, quod sine mora exsequitur ea, quæ iubetur (primo loco Penelope, tribus reliquis Euryclea). Et ita quidem negari non potest, exire sententiam satis probabilem, et quæ ad omnes locos conveniat. Attamen est, quod quæratur, quo modo factum sit, ut in his potissimum locis hac sollemni dictione usus sit poeta, etsi multa sæpe iussa fiant eaque maioris momenti, eadem aut simili dictione non adhibita.

Circumspicientibus igitur nobis, ecquid sit aliud horum locorum proprium, quod novum dicendi genus inducere potuerit, illud maxime occurrit, quod in omnibus locis Telemachi, quæ præcedit, oratio talis est, ut vel maxime ad quærendum et

respondendum excitare possit. Nam et 17, 57 in oratione Telemachi insunt vel nova vel obscura, quae quamvis, cuius vel minus interessent, ad cognoscendi studium excitarent; at Penelope, festinatione filii monita, quaerendi et respondendi studium reprimit et iussa exsequitur; neque minus aequum erat, obscura Telemachi iussa vetulam illam curiosam et loquacem ad quaerendum excitare; sed et ipsa tacita iussa exsequitur, et hoc est horum locorum commune et proprium, quod tacita iussa facit ea, quae iubetur. Huius explicationis auctor est Coraes (Σχόλια εἰς τὴν Ἰλιάδα ά 201), quem sequitur Bothius laudans Od. 1, 361. Is: οὐδένα λόγον ἀφῆκεν ἐκπτῆναι; recte id quidem, neque dubito, quin plures sectatores, quam Bothium, habiturus fuerit, si edisseruisset illud, quo haec interpretatio continetur: μῦθος enim li. I. (cfr. Il. 1, 545 sqq.; Od. 15, 196 & 445); non est oratio sed cogitatio mente concepta; est igitur ἄπτερος μῦθος *cogitatio non alata*, et iam recte opponuntur ἔπεα πτερόεντα et μῦθος ἄπτερος.

23.

Il. 4, 122; Od. 21, 419.

Vox γλυφίδες bis apud Homerum legitur (Il. 4, 122 ἕλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα

βόεια et Od. 21, 419 ἕλκεν νευρὴν γλυφίδας τε): De crena interpretantur h. e. incisura in extrema sagitta facta, qua nervo applicatur. Eustathius: γλυφίδες τὸ γλύμμα τοῦ ἀτράκτου τὸ ἐντιθέμενον τῇ νευρᾷ, quocum consentiunt recentiorum epicorum usus, interpretes et lexicographi omnes quum veteres tum recentiores præter Suidam. Iam vero merito quæritur, quomodo fieri potuerit, ut, qui iaculaturus esset, sagitta nervo applicata, γλυφίδας et νεῦρα simul prehenderet, quum illas sic ne contingere quidem posset, non modo sagittam crena prehensam retinere, dum arcus κυκλοτερής tenderetur. Huc accedit, ut pluralis numerus ab hac notione alienus sit, quam difficultatem Dammius parum sufficienter expedire conatur. Et probat hic locus cum aliis permultis, quam fuerint non modo interpretes sed etiam imitatores Homeri a vitæ quotidianæ ratione alieni. Quicumque enim vel semel arcum manu tractavit et sagittam vidit, si ad locos Homericos communem sensum consuluerit, non doctos

---

*) Novo et mirabili modo Stadelmannus: "γλυφίδες *die Pfeilkerbe, crena sagittæ, in quam nervus inseritur. Hier ist* γλ. *mit dem Particip* λαβών *eng verbunden: fassend die Pfeilkerbe und die Sehne zog er den Bogen. Das Anfassen und Anziehen der Sehne und des Bogens war gleichzeitig* ὁμοῦ.

interpretes, sciet, quæ sint γλυφίδες. Nam neque antiquissima quæque et maxime necessaria inventa aut apud diversas gentes valde diversa esse solent aut temporum decursu magnopere immutari, neque apud Græcos scriptores in ulla sagittæ mentione quidquam inveni, quod ad nostrarum sagittarum rationem revocari non posset.

Suidas γλυφίδας — τὰς χηλὰς τῆς ἀκίδος, αἷς τὴν νευρὰν προσάγομεν — recte interpretatur. Sunt igitur γλυφίδες binae incisurae (nec iam molestus est pluralis numerus) in sagitta — infra dicam an supra *) — pennas, quas, qui sagittam emissurus est, duobus digitis (pollice et indice) prehendit, eorundem digitorum interiore angulo nervum dirigens. Hanc rationem confirmabit comparatus locus Herodoti 8, 128. Nam sagittam epistola circumplicatam ita demum pennis instruxerunt, quibus, quantum quidem fieri posset, epistolam tegerent et occultarent. At si γλυφίσι, quales vulgo interpretantur, circumdata fuisset epistola, et sagittæ volatum prohibitura fuit nec ullis pennis occultari potuit.

*) Pollux 1, 138 καὶ τοῦ βέλους τὸ μὲν ἐπτερωμένον εἴποις ἂν κεφαλὴν βέλους κ. τ. λ. Puto equidem, plures cuspidem primam, crenam extremam dicere; omnino in sagitta quid sit primum quid extremum, nulla certa ratio.

24.

Il. 3, 213—215.

ἤτοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευεν,
παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος
οὐδ' ἀφαμαρτοεπής, ἢ καὶ γένει ὕστερος ἦεν.

Hoc Antenoris de Menelao iudicium interpretibus veteribus et novis difficultatem attulit propter verba ἢ καὶ γένει ὕστερος ἦεν. Et veteres quidem, quamquam dubitarunt, utrum sententiæ puncto an commate distinguendæ essent et pro vario interpunctionis signo ἦ an ἢ scribendum: tamen in ἢ retinendo consentiunt præter paucos. Comparant præterea duos locos (Il. 5, 887 et 8, 111), quorum tamen longe aliam esse rationem, recte ostendit Spitznerus. Idem, Thierschii ratione improbata, in eo denique consistit, ut cum Heynio Eustathium (p. 406, 30) secutus εἰ pro ἢ scribendum censeat. Sese ne intelligere quidem, quo modo e vulgata scriptura sententia possit elici ulla.

Perturbavit huius loci sententiam per se facillimam et veterum et recentiorum interpretum levitas quædam non illa quidem rara, ut, ratione ante confecta, quam singula accurate examinarint et perpenderint, certam loci alicuius interpretationem animis informent, ad quam deinde verborum consecutionem referant magnamque partem vim singulorum ver-

borum constituant. Itaque hoc loco quum Menelai dicendi brevitatem prædicari putarent, et ne ii quidem deessent, qui hanc brevitatis laudem ab indole Laconica repeterent, locum ita interpretati sunt: "*Menelaus succincte concionabatur, pauca quidem, sed valde argute, quoniam non multiloquus erat, neque verbis aberrans, quamvis ætate minor erat* (*Heynius*).

Sed singula persequamur. De vocabulo, q. e. ἐπιτροχάδην, Heynius, allatis veterum sententiis, recte iudicat, eos non ex usus notitia, sed ex etymo et sententia significationem vocabuli constituisse. Collato deinde altero loco Homerico (Od. 18, 26) fatetur, brevitatis mentionem omnium minime in vetulam convenire, quacum Irus Ulixem comparat. Quid multa? Rationem ita concludit, ut concisum et breve dicendi genus notari statuat, "*quum hæc sit recepta interpretatio atque ita velint veteres*". At quid est aliud verborum significationes diserte obloquentes contemnere præ antecepta animo loci sententiæ informatione?

De eadem voce F. A. Wolfius (l. l. p. 207): *ἐπ. entweder sehr schnell, lebhaft — aber diese Bedeutung ist unerweislich — besser summatim, succincte, primariis rei capitibus enumeratis; so auch Od. 18, 26, so dass man über die Sachen wegläuft.* At hanc significationem ad Od. locum

non convenire, supra ostendimus. Ceterum vim et iuncturam verborum paucis persecutus, disputationes veterum repetit, qui, descripto dicendi genere Nestoris, Ulixis, Menelai, Menelaum cum Lysia, Ulixem cum Demosthene, Nestorem cum Isocrate comparant. Rectius Stadelmannus significationem *schnell*, *transcursim* simpliciorem sententiæque aptiorem iudicat.

De voce ἀμαρτοεπής minor controversia. Plerique recte de eo interpretantur, qui a proposito verbis non deerret, et cuius eloquentia supervacuis careat (Quint. 12, 10, 64), quæ interpretatio sola cum locis Homericis consentit, in quibus est ἀμαρτοεπῆς (Il. 13, 824) et καὶ οὐχ ἡμάρτανε μύθων (Od. 11, 510).

His præmissis in ἦ καί interpretando Rostium secuti, quem præter Stadelmannum vix quisquam reprehendet, quod hunc usum (Il. 7, 196; 17, 180 cet.) exemplis non illustraverit, ita vertimus: *Menelaus quidem volubiliter loquebatur, pauca quidem sed valde suaviter, quia neque multis verbis utebatur neque a proposito aberrabat, vel etiam natu minor erat.* Laudat igitur Antenor promptum et fusum dicendi genus Menelai, licet e paucis coniecturam facere cogatur, vel quod Menelai mos et indoles talis sit vel potius *) — nam hæc ipsa vis

*) Eandem significationem (an potius) ἦ καὶ (Od. 16, 239

in ἢ καί sæpe inest — quod Ulixi natu paullo maiori concesserit, ut priore loco in concione Troianorum verba faceret. Ceterum quod dixit: *vel natu minor erat*, quum proprie dicendum esset: *vel quod natu minor erat:* ita sæpius loquitur (Od. 7, 263). Hanc loci explicandi rationem confirmat scholion apud Eustathium, quamvis sit obscuratum, cum antecedentibus et consequentibus commissum, quæ in aliam sententiam disputata sint. Seorsum enim hæc accipienda: παῦρα, ἤγουν ὀλίγα, ἐπεὶ δὲ κακία πολλάκις λόγου καὶ ἀδυναμία τὸ βραχυλογεῖν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. εἰς πλέον δὲ τοῦτο ἑρμηνεύων φησί· ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, ἢ διὰ λακωνισμὸν, ὡς εἴρηται, ἢ διὰ νεότητα· οὐκ εὔπροροι γὰρ λέγειν οἱ νέοι.

25.

Il. 13, 599—600; 715—717.

Armis, quæ Troiani belli temporibus in usu fuerint, fundam annumerarunt ii, qui de vita et moribus hominum heroici temporis scripserunt. Duobus Iliadis locis nituntur. Alter est Il. 13, 599—600:

---

et Il. 8, 379, qui locus cum Bekkero scribendus) et ἦε καὶ οὐκί (Il. 2, 238).

αὐτὴν δὲ συνέδησεν ἐυστρεφεῖ οἰὸς ἀώτῳ,
σφενδόνῃ, ἥν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν.

Ad hunc locum scholl. DV.: προβάτου ἄνθει, ὅ ἐστιν ἐρίῳ. Scholl. BLV.: ἐξ ἐρίων γὰρ συνέπλεκον τὰ κῶλα τῆς σφενδόνης, οὐχ ὡς νῦν νεύροις, ἵνα διατείνοιτο ἐν τῇ ἀποῤῥίψει. πολλὰ δὲ δηλοῖ τὸ ἄωτον, ὥς φησιν Ἐπαφρόδιτος· νῦν δὲ τὸ τοῦ ἐρίου λεπτότερον καὶ καθαρώτερον, ὅθεν καὶ αἱ σφενδόναι ἐπλέκοντο. Hæc verba, si quid probant, fundas e lana numquam confectas esse probant, neque quidquam præterea.

Eadem repetit Eustathius, qui paullo infra: ὅρα δέ, ὡς πολλάκις ὀργάνων παράχρησις διά τινας ἀνάγκας γίγνεται, εἴ γε καὶ ἡ ῥηθεῖσα σφενδόνη ἐνταῦθα εἰς ἕλκους σύνδεσμον ἐχρησίμευσε. Vellem hoc certe uno exemplo probasset Eustathius; nam equidem fateor, me talem παράχρησιν, qualis hæc est, apud Homerum invenisse nullam. Quin potius in contrariam partem abierim, ut negem, παράχρησιν umquam admitti, excusatione aliqua non adiecta vel certe facta abusus mentione: Od. 12, 357 socii Ulixis in sacrificio gemmis arborum foliisque recentibus pro mola utuntur; itaque addit poeta:

οὐ γὰρ ἔχον κρῖ λευκὸν ἐυσσέλμου ἐπὶ νηός —

et aqua pro vino:

οὐδ' εἶχον μέθυ λεῖψαι ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσιν.

Il. 10, 500 Ulixes pro scutica arcu utitur:

ἐπεὶ οὐ μάστιγα φαεινὴν
ποικίλον ἐκ δίφροιο νοήσατο χερσὶν ἑλέσθαι.

Cfr. Il. 23, 331—332; Od. 9, 319 sqq.; 21, 390.

Pergit Eustathius: θεράποντος δὲ ὅπλον αὕτη, οὐ μὴν ἥρωος, οὐδὲ γὰρ ἐχρῆν. In eandem sententiam sine dubio accipienda sunt verba scholii V.: τὸ δὲ ἔχε ἀντὶ τοῦ ἀντιποιούμενος. At hoc quomodo cum poetæ verbis convenit:

ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν?

Addit: δῆλον, ὅτι καὶ σφενδονήτας εἶχεν ὁ Τρωικὸς πόλεμος. At hoc demonstrandum est, nam ipsa Eustathii verba ostendunt, hunc fundæ usum hoc loco maxime probari.

Quæ iam disputata sunt, efficient certe, ut dubitandum videatur, num ex hoc loco fundæ apud Homerum usus demonstrari possit. Adde præter crebrum χερμαδίων aliorumque lapidum manu missorum usum duo maxime, quod neque inter varia certamina, quæ Iliadis libro 23 commemorantur, fundæ mentio fit, neque in tot proeliis quisquam lapide funda misso ictus vulneratur aut occiditur.

Itaque, repudiata fundæ significatione, de fascia ad vulnera obliganda accipio, quum et apud alios scriptores (ut Hippocratem) hanc vim habeat vocabulum, q. e. σφενδόνη, et huius inventionis origo ab antiquissimis temporibus repetenda sit, nec

quidquam afferri possit, cur prius de funda quam de fascia in usu fuerit vocabulum. Et ipsius quidem fasciæ non nisi h. l. mentio fit, vulneris obligati sæpius (Il. 4, 190; Od. 19, 457).

Alter locus est eiusdem libri 715—16:

οὐδ' ἔχον ἀσπίδας εὐκύκλους καὶ μείλινα δοῦρα
ἀλλ' ἄρα τόξοισιν καὶ ἐυστρεφεῖ οἰὸς ἀώτῳ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο πεποιθότες· κ. τ. λ.

ἐυστρ. οἰὸς ἀώτῳ de funda interpretantur, sola scholiastæ fide nisi, affirmantis, fundas antiquo tempore e lana confectas fuisse. Ego, ne longus sim, de vestibus accipio confectis e laneis filis solidioribus beneque tortis, ut aliquid præsidii præstarent, etsi non magnum *). Ita antithesis servatur: Salaminii, galeis et scutis corpora tutantes, cominus hastis pugnabant; Locri, domestica veste lanea contenti, eminus hostes sagittis conturbabant. Συνεκλόνεον γὰρ οἰστοί (722). Cur autem h. l. lapidum missilium nulla mentio? Quia fundæ nusquam nisi in somniis interpretum.

---

*) Erant etiam serioribus temporibus Locri ψιλοὶ ἀκοντισταί (Thucyd. 3, 97).

26.

Il. 18, 569—572.

τοῖσιν δ'ἐν μέσσοισι πάις φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ'ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ· τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἁμαρτῇ
μολπῇ τ'ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

In voce λίνον explicanda satis notum est, in duas partes abiisse interpretes, ut alteri de lino pro chorda dictum acciperent, alteri de vetere quodam cantico, quod ab heroe nomen traxit. Quicumque veterum interpretum commentarios vel primis, ut dicitur, labris attigit, non dubitabit, quin cupiditate non illa quidem parva explicationem arripuerint, quæ de vetere illo heroe et carmine ex eo dicto disserendi copiam daret, neque quisquam factum esse mirabitur, ut præ ratione tam subtili et exquisita sorderet illa altera, quæ præter suspectam quandam simplicitatem nulla re commendari videretur. Eandem rationem amplexus Spitznerus de h. l. excursu doctissimo copiosissime disputavit. Qui quum, propositis veterum testimoniis, varias recentiorum sententias recognoverit, hoc labore mihi supersedendum videtur idque tantummodo agendum, ut, quæ contra hanc rationem afferri solent, repetam et pauca quædam addam.

Iam omnium primum neque Lini herois nomen neque canticum ex eo nominatum umquam ab Homero commemoratur; fuit deinde illud, quod nominatur, lugubre carmen, quod rustico iuventutis ludo parum conveniret; nam quod nonnemo, hac obiectione monitus, subiecit, forsitan alterum fuisse Linum, hilare carmen, id vix refutatione eget, quoniam nulla omnino nititur auctoritate. Quid? quod in pictura aliove eiusmodi opere puerum psallentem et canentem ita exprimere possunt artifices, ut puerum cantantem et chordam trementem videre videamur: carminis genus ut exprimat, fieri non potest. Sed, quod reliquum est, mihi quidem discrimen facere videtur. Nam verbum ὑπαείδειν, quod, qui λίνον de Lino carmine dictum putant, cum obiecti accusativo iungunt, altero loco Homerico (Od. 21, 411) intransitivum est et de chorda dicitur; in hymnis, denique (h. in Herm. 502) transitivi usus exemplum exstat. Significat cantillare, accinendi sive saccinendi vim apud recentiores demum obtinet (Arist. Ran. 366). Itaque eam interpretandi rationem amplector, ut vertam: *chorda pulchre resonabat tenera voce.* Neque contra hanc rationem quidquam afferri video, nisi quod chordas Homericis temporibus e lino confectas fuisse negant, quam difficultatem ipsi tollunt, commemorata illa poetarum con-

suetudine, ut, etiam mutatis moribus, prisca et obsoleta nomina servent.

27.

Od. 2, 226—227 de Mentore hæc leguntur:

καί οἱ ἰὼν ἐν νηυσὶν ἐπέτρεπεν οἶκον ἅπαντα,
πείθεσθαί τε γέροντι καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν.

Γέρων de Laerte accipit Eustathius, recentiores (v. Nitzschius, Crusius) de Mentore. Mitto, verborum consecutionem ita fieri duriorem, mitto, Laertem in Odyssea quasi κατ' ἐξοχὴν vocari γέροντα, Mentorem numquam, mitto denique, senis personam Mentori, qualis universis Odysseæ locis ipse vel potius sumpta humana figura Minerva animo informanda est, omnium minime convenire. Unum quæro, quomodo Mentor, qui æqualis Ulixis erat (Od. 22, 209), iam viginti annis ante reditum eius senex fuerit.

28.

Il. 7, 235—236.

μή τί μευ ἠΰτε παιδὸς ἀφαυροῦ πειρήτιζε
ἠὲ γυναικός, ἣ οὐκ οἶδεν πολεμήϊα ἔργα.

Ad hos versus illustrandos Crusius: "*Versuche mich nicht, wie ein schwaches Kind, durch Prah-*

lerei und höhnende Worte zu reizen." Diese Erklärung (Köppens) scheint dem Zusammenhange angemessener (s. V. 225), als die andere, welche Damm giebt: ne mecum congredere velut cum puero; nam res tibi est cum forti viro. Stadelmannus: "*Wie Hector auf diesen Vorwurf hier kommt, da doch Aias nur von der Kampffähigkeit der Griechen mehr im Allgemeinen, als bloss in Beziehung auf den Hector sprach, wäre doch wohl zu fragen. Hector äussert sich empfindlich, obgleich aus dem Zusammenhange wenig Stoff zu dieser Empfindlichkeit hervorgeht.* Hunc errorem utique leviorem non notarem, nisi viderem ne inter veteres quidem interpretes satis convenire, quæ esset in Aiacis oratione contumelia illa, qua incensus Hector se pro puero aut muliere haberi vetat. Sunt autem cetera Aiacis verba nequaquam gloriosa, contumeliosum extremum, quod Hectorem pugnam incipere iubet. Et reliqua quidem Eustathii et scholiastarum verba a vera ratione alienissima sunt, hæc veriora: ἢ καὶ αὐτὸν εὐτελίζων τοῦτό φησιν; et paullo infra: συνεῖδε καὶ ὁ Ἕκτωρ, ὅτι μεμφόμενος καὶ καταπλήττων αὐτὸν ἄρχειν κελεύει τῆς μάχης. Omnem dubitationem eximit collatus locus Il. 21, 439, ubi Apollini Neptunus:

ἄρχε· σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος· οὐ γὰρ ἔμοιγε
καλόν, ἐπεὶ πρότερος γενόμην καὶ πλείονα οἶδα.

29.

Il. 22, 117—119.

ἅμα δ' ἀμφὶς Ἀχαιοῖς
ἄλλ' ἀποδάσσεσθαι, ὅσα τε πτόλις ἥδε κέκευθεν.

De vera horum verborum explicatione vix quidquam monendum putarem, nisi mirum Buttmanni errorem recepisset Papius, atque etiam eorum, qui locum recte interpretati sunt, ita disputarent nonnulli, quasi loci sententia dubia esse posset. Buttmanni verba hæc sunt: *Es heisst dies nicht "den Achaiern umher"; auch nicht, wie es in einem Scholion heisst, "aussendem"; oder gar "die eine Hälfte", sondern: "den Achaiern Mann für Mann"*. Non attendit V. Cl. ad ea, quæ sequuntur:

Τρωσὶν δ' αὖ μετόπισθε γερούσιον ὅρκον ἕλωμαι
μή τι καταχρύψειν ἀλλ' ἄνδιχα πάντα δάσασθαι.

Quomodo enim Hector simul promittere poterat, se viritim Danais divisurum omnia, quæ urbs contineret, simul Troianos hortari velle, ut, bonis suis omnibus in duas partes religiose divisis, ipsi dimidium retinerent (v. Papium s. v. ἄνδιχα.).

30.

Il. 22, 199—201.

ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται φεύγοντα διώκειν·
οὔτ' ἄρ' ὁ τὸν δύναται ὑποφεύγειν οὔθ' ὁ διώκειν·
ὣς ὁ τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσίν, οὐδ' ὃς ἀλύξαι.

Hæc verba ex omnibus interpretibus nemo adhuc prorsus intellexit, licet alius aliud ceteris melius explicaverit *). Spurios hos versus iudicant scholl. AV.: ὅτι καὶ τῇ κατασκευῇ καὶ τῷ νοήματι εὐτελεῖς· καὶ γὰρ ἀπραξίαν δρόμου καὶ τὸ ἀπαράβατον σημαίνουσιν, ἐναντίως τῷ ὡς δέ τ' ἀεθλοφόροι περὶ τέρματα μώνυχες ἵπποι. Melius Eustathius, quocum consentit schol. B.: τὸ μὲν τάχος τῆς διώξεως καὶ φυγῆς τῶν δύο ἀριστέων ἐναργῶς ἤδη ὁ ποιητὴς ἐδήλωσε διὰ δύο παραβολῶν. ἐνταῦθα δὲ θέλων

*) Ad verum proxime accessit Vossius:

Wie man im Traume machtlos den Fliehenden strebt zu verfolgen,
Nicht hat dieser die Macht zu entfliehn noch der zu verfolgen.
So konnt' er nicht haschen im Lauf, noch enteilete jener.

Eo magis miror, Vilsterum in errorem superiorum relapsum:

Ret som i Drömme man ikke formaaer en Flygtning at fange,
Hverken kan hiin undlöbe ved Flugt eller denne ham gribe.

ἐνδείξεσθαι τὴν τοῦ δρόμου τῶν ἡρώων ταὐτότητα καὶ τὴν οἷον ἐν τῷ αὐτῷ μονὴν διὰ ἰσότητα τοῦ διώκειν καὶ φεύγειν, καὶ ὡς οὔτε Ἀχιλλεὺς ἐγγίσαι εἶχεν Ἕκτορι ὡς ἤθελεν, οὔτε αὖ ἐκεῖνος πόῤῥω διεκφυγεῖν, παραβολῇ τῇ ἀπὸ φαντασίας χρᾶται κ. τ. λ. Comparat enim poeta cursum Achillis et Hectoris cum inani somniantium cursu. *Sicut*, inquit, *in somnio nemo fugientem sequi potest, neque ille fugere neque hic insequi: ita ne horum quidem potuit alter effugere nec alter consequi.* Ita conversis poetæ verbis, vix quisquam putabit, hanc comparationem supervacuam fieri ea, quæ est v. 162. Ibi enim sola celeritas describitur certantium parique fere vi currentium: hac imagine infinitum certamen depingitur, relicto eodem semper inter utrumque intervallo. Ceterum in hoc lapsi sunt plerique atque adeo omnes, quorum quidem sententias cognoscere licuerit, ut ὑποφεύγειν et διώκειν eodem sensu, quo ἀποφυγεῖν et καταμάρψαι accipienda putarent, in altera quidem voce, cuius vis satis nota est, loci sententiæ morem gerentes, alteri, cuius usus paullo rarior, hanc vim tamquam suam tribuentes. Et maxime miror, Papium interpretationem suam confirmaturum quattuor locos laudasse, quorum omnium omnino turbatur sententia, si ὑποφεύγειν *entfliehen* vertitur.

31.

Il. 10, 351.

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται
ἡμιόνων κ. τ. λ.

Hæc verba quo modo intelligenda essent, et alii viderunt et nuper excursu doctissimo exposuit Spitznerus, quorum disputationes breviter referens ita loquitur Crusius: *Der Sinn ist also: So weit ein Joch Maulthiere ackern kann, nämlich in der Zeit, dass Odysseus und Diomedes stehen bleiben, so weit lief Dolon voraus.* Non videt, s. d., ita quidem spatium, quod definiendum erat, non definiri nisi circulo (quæ nulla est definitio), celeritatem, quæ non erat definienda, ita definiri, ut velocissimus ille cursor mulis arantibus celeritate æquiparetur.

32.

Il. 7, 180—190.

Descriptionis illius veræ et simplicis, quæ his versibus continetur, illud extremum est, ut Aiax calculum, quo nihil iam usurus erat, abiiciat. Nam quum novem illi principes sortituri suam quisque sortem nota distinctam in cassidem coniecissent, et sors Aiacis exsiluisset, præco calculum in concione

circumferens et singulis ostendens, ut agnosceret, qui signo notatum in cassidem coniecisset, ad Aiacem pervenit. Is manu porrecta calculum a præcone accipit inspiciendum, inspectum agnoscit, agnitum in terram proiicit. Nostro quidem iudicio tota res tam apte descripta est, ut non actam audire sed oculis subiectam videre videamur. At Koeppenius, quem probat Crusius: *Wahrscheinlich im natürlichen, aber für uns zu ungestümen Ausbruch der Freude warf er das Loos zur Erde nieder. So werfen im Zorn Achilles und Telemach ihr Scepter zur Erde. So schlagen sich die Heroen im heftigen Affect die Hüften.* Ne veteres quidem interpretes omnes facillimum huius loci sensum perceperunt. Scholia quidem BLV. βάλλει δὲ χαμαὶ τὸν κλῆρον, τύπον τῆς ἥττης Ἕκτορος παρενταθείς.

[illegible].

Il. 6, 435 sqq.

τρὶς γὰρ τῇ γ' ἐλθόντες ἐπειρήσανθ' οἱ ἄριστοι
ἀμφ' Αἴαντε δύω καὶ ἀγακλυτὸν Ἰδομενῆα
ἠδ' ἀμφ' Ἀτρεΐδας καὶ Τυδέος ἄλκιμον υἱόν κ. τ. λ.

Ante annotationem Crusii vix verendum erat, ne quis hos versus non recte intelligeret. Crusius, inductus annotatione Heynii ad alium locum (Il. 3,

205): et fragmento Stasini*), quod non magis huc pertinet: *"Dies bezieht sich,* inquit, *auf eine Begebenheit, welche vor dem Zuge nach Troja statt fand. Nach dem cyprischen Gedichte des Stasinus war dieser Angriff geschehen, als die Gesandtschaft der Griechen in Troja erfolglos gewesen war".* Nescio, an eadem ratio Vossio probetur; vertit enim: *dreimal haben ja dort es versucht die tapfersten Krieger.* Num est quisquam, qui credat, eosdem ita erraturos fuisse, si nullum umquam attigissent commentarium?

Ceterum auctoritate scholii apud Eustathium Crusius uti potuerat, qui, quum ad hunc locum cetera recte disputaverit, ipse improbans hæc addit: τινὲς δὲ τὸ τοὺς Ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ ἐρινεοῦ ἐπιθέσθαι τῇ Τροίᾳ οὐχ ὡς γενόμενον ἄρτι νοοῦσιν, ἀλλ' ὥς πάλαι ποτὲ ἐπιχειρηθὲν, ὥστε οὐ διδάσκει αὐτὸ ἡ γυνὴ τὸν Ἕκτορα, ἀλλ' ἀναμιμνήσκει, οὕτω δὲ καὶ τὸ περὶ πόλιν αἰπύ τε τεῖχος μάρνασθαι τοὺς Ἀχαιοὺς οὐ νῦν γενέσθαι φασὶν, ἀλλ' ἐν ἄλλοις καιροῖς.

Non semel intempestiva doctrina in fraudem induxit Crusium, qui, quum ex Il. 23, 632 callide conclusisset, Aetolos ad gentem Epeorum pertinere, præ-

---

*) Ex fragmentis chrestomathiæ Procli hæc sunt: καὶ διαπρεσβεύονται πρὸς τοὺς Τρῶας, τὴν Ἑλένην καὶ τὰ κτήματα ἀπαιτοῦντες· ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουσαν ἐκεῖνοι, ἐνταῦθα δὴ τειχομαχοῦσιν.

26.

Il. 18, 569—572.

τοῖσιν δ'ἐν μέσσοισι πάις φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ'ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ· τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἁμαρτῇ
μολπῇ τ'ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

In voce λίνον explicanda satis notum est, in duas partes abiisse interpretes, ut alteri de lino pro chorda dictum acciperent, alteri de vetere quodam cantico, quod ab heroe nomen traxit. Quicumque veterum interpretum commentarios vel primis, ut dicitur, labris attigit, non dubitabit, quin cupiditate non illa quidem parva explicationem arripuerint, quæ de vetere illo heroe et carmine ex eo dicto disserendi copiam daret, neque quisquam factum esse mirabitur, ut præ ratione tam subtili et exquisita sorderet illa altera, quæ præter suspectam quandam simplicitatem nulla re commendari videretur. Eandem rationem amplexus Spitznerus de h. l. excursu doctissimo copiosissime disputavit. Qui quum, propositis veterum testimoniis, varias recentiorum sententias recognoverit, hoc labore mihi supersedendum videtur idque tantummodo agendum, ut, quæ contra hanc rationem afferri solent, repetam et pauca quædam addam.

Iam omnium primum neque Lini herois nomen neque canticum ex eo nominatum umquam ab Homero commemoratur; fuit deinde illud, quod nominatur, lugubre carmen, quod rustico iuventutis ludo parum conveniret; nam quod nonnemo, hac obiectione monitus, subiecit, forsitan alterum fuisse Linum, hilare carmen, id vix refutatione eget, quoniam nulla omnino nititur auctoritate. Quid? quod in pictura aliove eiusmodi opere puerum psallentem et canentem ita exprimere possunt artifices, ut puerum cantantem et chordam trementem videre videamur: carminis genus ut exprimat, fieri non potest. Sed quod reliquum est, mihi quidem discrimen facere videtur. Nam verbum ὑπαείδειν, quod, qui λίνον de Lino carmine dictum putant, cum obiecti accusativo iungunt, altero loco Homerico (Od. 21, 411) intransitivum est et de chorda dicitur; in hymnis denique (h. in Herm. 502) transitivi usus exemplum exstat. Significat cantillare, accinendi sive succinendi vim apud recentiores demum obtinet (Arist. Ran. 366). Itaque eam interpretandi rationem amplector, ut vertam: *chorda pulchre resonabat tenera voce.* Neque contra hanc rationem quidquam afferri video, nisi quod chordas Homericis temporibus e lino confectas fuisse negant, quam difficultatem ipsi tollunt, commemorata illa poetarum con-

suetudine, ut, etiam mutatis moribus, prisca et obsoleta nomina servent.

27.

Od. 2, 226—227 de Mentore hæc leguntur:

καί οἱ ἰὼν ἐν νηυσὶν ἐπέτρεπεν οἶκον ἅπαντα,
πείθεσθαί τε γέροντι καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν.

Γέρων de Laerte accipit Eustathius, recentiores (v. Nitzschius, Crusius) de Mentore. Mitto, verborum consecutionem ita fieri duriorem, mitto, Laertem in Odyssea quasi κατ' ἐξοχήν vocari γέροντα, Mentorem numquam, mitto denique, senis personam Mentori, qualis universis Odysseæ locis ipse vel potius sumpta humana figura Minerva animo informanda est, omnium minime convenire. Unum quæro, quomodo Mentor, qui æqualis Ulixis erat (Od. 22, 209), iam viginti annis ante reditum eius senex fuerit.

28.

Il. 7, 235—236.

μή τί μευ ἠΰτε παιδὸς ἀφαυροῦ πειρήτιζε
ἠὲ γυναικός, ἣ οὐκ οἶδεν πολεμήια ἔργα.

Ad hos versus illustrandos Crusius: "*Versuche mich nicht, wie ein schwaches Kind, durch Prah-*

lerei und höhnende Worte zu reizen." Diese Erklärung (Köppens) scheint dem Zusammenhange angemessener (s. V. 225), als die andere, welche Damm giebt: ne mecum congredere velut cum puero; nam res tibi est cum forti viro. Stadelmannus: *"Wie Hector auf diesen Vorwurf hier kommt, da doch Aias nur von der Kampffähigkeit der Griechen mehr im Allgemeinen, als bloss in Beziehung auf den Hector sprach, wäre doch wohl zu fragen. Hector äussert sich empfindlich, obgleich aus dem Zusammenhange wenig Stoff zu dieser Empfindlichkeit hervorgeht.* Hunc errorem utique leviorem non notarem, nisi viderem ne inter veteres quidem interpretes satis convenire, quæ esset in Aiacis oratione contumelia illa, qua incensus Hector se pro puero aut muliere haberi vetat. Sunt autem cetera Aiacis verba nequaquam gloriosa, contumeliosum extremum, quod Hectorem pugnam incipere iubet. Et reliqua quidem Eustathii et scholiastarum verba a vera ratione alienissima sunt, hæc veriora: ἢ καὶ αὐτὸν ευτελίζων τοῦτό φησιν; et paullo infra: συνεῖδε καὶ ὁ Ἕκτωρ, ὅτι μεμφόμενος καὶ καταπλήττων αὐτὸν ἄρχειν κελεύει τῆς μάχης. Omnem dubitationem eximit collatus locus Il. 21, 439, ubi Apollini Neptunus:

ἄρχε· σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος· οὐ γὰρ ἔμοιγε καλόν, ἐπεὶ πρότερος γενόμην καὶ πλείονα οἶδα.

29.

Il. 22, 117—119.

ἅμα δ' ἀμφὶς Ἀχαιοῖς
ἄλλ' ἀποδάσσεσθαι, ὅσα τε πτόλις ἥδε κέκευθεν.

De vera horum verborum explicatione vix quidquam monendum putarem, nisi mirum Buttmanni errorem recepisset Papius, atque etiam eorum, qui locum recte interpretati sunt, ita disputarent nonnulli, quasi loci sententia dubia esse posset. Buttmanni verba hæc sunt: *Es heisst dies nicht "den Achaiern umher"; auch nicht, wie es in einem Scholion heisst, "aussendem"; oder gar "die eine Hälfte", sondern: "den Achaiern Mann für Mann"*. Non attendit V. Cl. ad ea, quæ sequuntur:

Τρωσὶν δ' αὖ μετόπισθε γερούσιον ὅρκον ἕλωμαι
μή τι καταχρύψειν ἀλλ' ἄνδιχα πάντα δάσασθαι.

Quomodo enim Hector simul promittere poterat, se viritim Danais divisurum omnia, quæ urbs contineret, simul Troianos hortari velle, ut, bonis suis omnibus in duas partes religiose divisis, ipsi dimidium retinerent (v. Papium s. v. ἄνδιχα.).

30.

Il. 22, 199—201.

ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται φεύγοντα διώκειν·
οὔτ' ἄρ' ὁ τὸν δύναται ὑποφεύγειν οὔθ' ὁ διώκειν·
ὣς ὁ τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσίν, οὐδ' ὃς ἀλύξαι.

Hæc verba ex omnibus interpretibus nemo adhuc prorsus intellexit, licet alius aliud ceteris melius explicaverit *). Spurios hos versus iudicant scholl. AV.: ὅτι καὶ τῇ κατασκευῇ καὶ τῷ νοήματι εὐτελεῖς· καὶ γὰρ ἀπραξίαν δρόμου καὶ τὸ ἀπαράβατον σημαίνουσιν, ἐναντίως τῷ ὡς δὲ τ' ἀεθλοφόροι περὶ τέρματα μώνυχες ἵπποι. Melius Eustathius, quocum consentit schol. B.: τὸ μὲν τάχος τῆς διώξεως καὶ φυγῆς τῶν δύο ἀριστέων ἐναργῶς ἤδη ὁ ποιητὴς ἐδήλωσε διὰ δύο παραβολῶν. ἐνταῦθα δὲ θέλων

---

*) Ad verum proxime accessit Vossius:

Wie man im Traume machtlos den Fliehenden strebt zu verfolgen,
Nicht hat dieser die Macht zu entfliehn noch der zu verfolgen.
So konnt' er nicht haschen im Lauf, noch enteilete jener.

Eo magis miror, Vilsterum in errorem superiorum relapsum:

Ret som i Drømme man ikke formaaer en Flygtning at fange,
Hverken kan hiin undløbe ved Flugt eller denne ham gribe.

ἐνδείξεσθαι τὴν τοῦ δρόμου τῶν ἡρώων ταὐτότητα καὶ τὴν οἷον ἐν τῷ αὐτῷ μονὴν διὰ ἰσότητα τοῦ διώκειν καὶ φεύγειν, καὶ ὡς οὔτε Ἀχιλλεὺς ἐγγίσαι εἶχεν Ἕκτορι ὡς ἤθελεν, οὔτε αὖ ἐκεῖνος πόῤῥω διεκφυγεῖν, παραβολῇ τῇ ἀπὸ φαντασίας χρᾶται κ. τ. λ. Comparat enim poeta cursum Achillis et Hectoris cum inani somniantium cursu. *Sicut*, inquit, *in somnio nemo fugientem sequi potest, neque ille fugere neque hic insequi: ita ne horum quidem potuit alter effugere nec alter consequi.* Ita conversis poetæ verbis, vix quisquam putabit, hanc comparationem supervacuam fieri ea, quæ est v. 162. Ibi enim sola celeritas describitur certantium parique fere vi currentium: hac imagine infinitum certamen depingitur, relicto eodem semper inter utrumque intervallo. Ceterum in hoc lapsi sunt plerique atque adeo omnes, quorum quidem sententias cognoscere licuerit, ut ὑποφεύγειν et διώκειν eodem sensu, quo ἀποφυγεῖν et καταμάρψαι accipienda putarent, in altera quidem voce, cuius vis satis nota est, loci sententiæ morem gerentes, alteri, cuius usus paullo rarior, hanc vim tamquam suam tribuentes. Et maxime miror, Papium interpretationem suam confirmaturum quattuor locos laudasse, quorum omnium omnino turbatur sententia, si ὑποφεύγειν *entfliehen* vertitur.

81.

Il. 10, 351.

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται
ἡμιόνων κ. τ. λ.

Hæc verba quo modo intelligenda essent, et alii viderunt et nuper excursu doctissimo exposuit Spitznerus, quorum disputationes breviter referens ita loquitur Crusius: *Den Sinn ist also: So weit ein Joch Maulthiere ackern kann, nämlich in der Zeit, dass Odysseus und Diomedes stehen bleiben, so weit lief Dolon voraus.* Non videt v. d., ita quidem spatium, quod definiendum erat, non definiri nisi circulo (quæ nulla est definitio), celeritatem, quæ non erat definienda, ita definiri, ut velocissimus ille cursor mulis arantibus celeritate æquiparetur.

82.

Il. 7, 180—190.

Descriptionis illius veræ et simplicis, quæ his versibus continetur, illud extremum est, ut Aiax calculum, quo nihil iam usurus erat, abiiciat. Nam quum novem illi principes sortituri suam quisque sortem nota distinctam in cassidem coniecissent, et sors Aiacis exsiluisset, præco calculum in concione

circumferens et singulis ostendens, ut agnosceret, qui signo notatum in cassidem coniecisset, ad Aiacem pervenit. Is manu porrecta calculum a præcone accipit inspiciendum, inspectum agnoscit, agnitum in terram proiicit. Nostro quidem iudicio tota res tam apte descripta est, ut non actam audire sed oculis subiectam videre videamur. At Koeppenius, quem probat Crusius: *Wahrscheinlich im natürlichen, aber für uns zu ungestümen Ausbruch der Freude warf er das Loos zur Erde nieder. So werfen im Zorn Achilles und Telemach ihr Scepter zur Erde. So schlagen sich die Heroen im heftigen Affect die Hüften.* Ne veteres quidem interpretes omnes facillimum huius loci sensum perceperunt. Scholia quidem BLV: βάλλει δὲ χαμαὶ τὸν κλῆρον, τύπον τῆς ἥττης Ἕκτορος παρενθείς.

[illegible].

Il. 6, 435 sqq.

τρὶς γὰρ τῇ γ' ἐλθόντες ἐπειρήσανθ' οἱ ἄριστοι
ἀμφ' Αἴαντε δύω καὶ ἀγακλυτὸν Ἰδομενῆα
ἠδ' ἀμφ' Ἀτρεΐδας καὶ Τυδέος ἄλκιμον υἱόν κ. τ. λ.

Ante annotationem Crusii vix verendum erat, ne quis hos versus non recte intelligeret. Crusius, inductus annotatione Heynii ad alium locum (Il. 3,

295); et fragmento Stasini*), quod non magis huc pertinet: "*Dies bezieht sich*, inquit, *auf eine Begebenheit, welche vor dem Zuge nach Troja statt fand. Nach dem cyprischen Gedichte des Stasinus war dieser Angriff geschehen, als die Gesandtschaft der Griechen in Troja erfolglos gewesen war*". Nescio, an eadem ratio Vossio probetur; vertit enim: *dreimal haben ja dort es versucht die tapfersten Krieger*. Num est quisquam, qui credat, eosdem ita erraturos fuisse, si nullum umquam attigissent commentarium?

Ceterum auctoritate scholii apud Eustathium Crusius uti potuerat, qui, quum ad hunc locum cetera recte disputaverit, ipse improbans hæc addit: τινὲς δὲ τὸ τοὺς Ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ ἐρινεοῦ ἐπιθέσθαι τῇ Τροίᾳ οὐχ ὡς γενόμενον ἄρτι νοοῦσιν, ἀλλ᾽ ὡς πάλαι ποτὲ ἐπιχειρηθέν, ὥστε οὐ διδάσκει αὐτὸ ἡ γυνὴ τὸν Ἕκτορα, ἀλλ᾽ ἀναμιμνήσκει, οὕτω δὲ καὶ τὸ περὶ πόλιν αἰπύ τε τεῖχος μάρνασθαι τοὺς Ἀχαιοὺς οὐ νῦν γενέσθαι φασίν, ἀλλ᾽ ἐν ἄλλοις καιροῖς.

Non semel intempestiva doctrina in fraudem induxit Crusium, qui, quum ex Il. 23, 632 callide conclusisset, Aetolos ad gentem Epeorum pertinere, præ-

*) Ex fragmentis chrestomathiæ Procli hæc sunt: καὶ διαπρεσβεύονται πρὸς τοὺς Τρῶας, τὴν Ἑλένην καὶ τὰ κτήματα ἀπαιτοῦντες· ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουσαν ἐκεῖνοι, ἐνταῦθα δὴ τειχομαχοῦσιν.

26.

Il. 18, 569—572.

τοῖσιν δ'ἐν μέσσοισι πάις φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ'ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ· τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἁμαρτῇ
μολπῇ τ'ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

In voce λίνον explicanda satis notum est, in duas partes abiisse interpretes, ut alteri de lino pro chorda dictum acciperent, alteri de vetere quodam cantico, quod ab heroe nomen traxit. Quicumque veterum interpretum commentarios vel primis, ut dicitur, labris attigit, non dubitabit, quin cupiditate non illa quidem parva explicationem arripuerint, quæ de vetere illo heroe et carmine ex eo dicto disserendi copiam daret, neque quisquam factum esse mirabitur, ut præ ratione tam subtili et exquisita sorderet illa altera, quæ præter suspectam quandam simplicitatem nulla re commendari videretur. Eandem rationem amplexus Spitznerus de h. l. excursu doctissimo copiosissime disputavit. Qui quum, propositis veterum testimoniis, varias recentiorum sententias recognoverit, hoc labore mihi supersedendum videtur idque tantummodo agendum, ut, quæ contra hanc rationem afferri solent, repetam et pauca quædam addam.

Iam omnium primum neque Lini herois nomen neque canticum ex eo nominatum umquam ab Homero commemoratur; fuit deinde illud, quod nominatur, lugubre carmen, quod rustico iuventutis ludo parum conveniret; nam quod nonnemo, hac obiectione monitus, subiecit, forsitan alterum fuisse Linum, hilare carmen, id vix refutatione eget, quoniam nulla omnino nititur auctoritate. Quid? quod in pictura aliove eiusmodi opere puerum psallentem et canentem ita exprimere possunt artifices, ut puerum cantantem et chordam trementem videre videamur: carminis genus ut exprimat, fieri non potest. Sed, quod reliquum est, mihi quidem discrimen facere videtur. Nam verbum ὑπαείδειν, quod, qui λίνον de Lino carmine dictum putant, cum obiecti accusativo iungunt, altero loco Homerico (Od. 21, 411) intransitivum est et de chorda dicitur; in hymnis denique (h. in Herm. 502) transitivi usus exemplum exstat. Significat cantillare, accinendi sive succinendi vim apud recentiores demum obtinet (Arist. Ran. 366). Itaque eam interpretandi rationem amplector, ut vertam: *chorda pulchre resonabat tenera voce.* Neque contra hanc rationem quidquam afferri video, nisi quod chordas Homericis temporibus e lino confectas fuisse negant, quam difficultatem ipsi tollunt, commemorata illa poetarum con-

suetudine, ut, etiam mutatis moribus, prisca et obsoleta nomina servent.

27.

Od. 2, 226—227 de Mentore hæc leguntur:

καί οἱ ἰὼν ἐν νηυσὶν ἐπέτρεπεν οἶκον ἅπαντα,
πείθεσθαί τε γέροντι καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν.

Γέρων de Laerte accipit Eustathius, recentiores (v. Nitzschius, Crusius) de Mentore. Mitto, verborum consecutionem ita fieri duriorem, mitto, Laertem in Odyssea quasi κατ' ἐξοχήν vocari γέροντα, Mentorem numquam, mitto denique, senis personam Mentori, qualis universis Odysseæ locis ipse vel potius sumpta humana figura Minerva animo informanda est, omnium minime convenire. Unum quæro, quomodo Mentor, qui æqualis Ulixis erat (Od. 22, 209), iam viginti annis ante reditum eius senex fuerit.

28.

Il. 7, 235—236.

μή τί μευ ἠΰτε παιδὸς ἀφαυροῦ πειρήτιζε
ἠὲ γυναικός, ἣ οὐκ οἶδεν πολεμήϊα ἔργα.

Ad hos versus illustrandos Crusius: "*Versuche mich nicht, wie ein schwaches Kind, durch Prah-*

lerei und höhnende Worte zu reizen." *Diese Erklärung (Köppens) scheint dem Zusammenhange angemessener (s. V. 225), als die andere, welche Damm giebt:* ne mecum congredere velut cum puero; nam res tibi est cum forti viro. Stadelmannus: "*Wie Hector auf diesen Vorwurf hier kommt, da doch Aias nur von der Kampffähigkeit der Griechen mehr im Allgemeinen, als bloss in Beziehung auf den Hector sprach, wäre doch wohl zu fragen. Hector äussert sich empfindlich, obgleich aus dem Zusammenhange wenig Stoff zu dieser Empfindlichkeit hervorgeht.* Hunc errorem utique leviorem non notarem, nisi viderem ne inter veteres quidem interpretes satis convenire, quæ esset in Aiacis oratione contumelia illa, qua incensus Hector se pro puero aut muliere haberi vetat. Sunt autem cetera Aiacis verba nequaquam gloriosa, contumeliosum extremum, quod Hectorem pugnam incipere iubet. Et reliqua quidem Eustathii et scholiastarum verba a vera ratione alienissima sunt, hæc veriora: ἢ καὶ αὐτὸν εὐτελίζων τοῦτό φησιν; et paullo infra: συνεῖδε καὶ ὁ Ἕκτωρ, ὅτι μεμφόμενος καὶ καταπλήττων αὐτὸν ἄρχειν κελεύει τῆς μάχης. Omnem dubitationem eximit collatus locus Il. 21, 439, ubi Apollini Neptunus:

ἄρχε· σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος· οὐ γὰρ ἔμοιγε
καλόν, ἐπεὶ πρότερος γενόμην καὶ πλείονα οἶδα.

29.

Il. 22, 117—119.

ἅμα δ' ἀμφὶς Ἀχαιοῖς
ἄλλ' ἀποδάσσεσθαι, ὅσα τε πτόλις ἥδε κέκευθεν.

De vera horum verborum explicatione vix quidquam monendum putarem, nisi mirum Buttmanni errorem recepisset Papius, atque etiam eorum, qui locum recte interpretati sunt, ita disputarent nonnulli, quasi loci sententia dubia esse posset. Buttmanni verba hæc sunt: *Es heisst dies nicht "den Achaiern umher"; auch nicht, wie es in einem Scholion heisst, "aussendem"; oder gar "die eine Hälfte", sondern: "den Achaiern Mann für Mann"*. Non attendit V. Cl. ad ea, quæ sequuntur:

Τρωσὶν δ' αὖ μετόπισθε γερούσιον ὅρκον ἕλωμαι
μή τι καταχρύψειν ἀλλ' ἄνδιχα πάντα δάσασθαι.

Quomodo enim Hector simul promittere poterat, se viritim Danais divisurum omnia, quæ urbs contineret, simul Troianos hortari velle, ut, bonis suis omnibus in duas partes religiose divisis, ipsi dimidium retinerent (v. Papium s. v. ἄνδιχα.).

30.

Il. 22, 199—201.

ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται φεύγοντα διώκειν·
οὔτ' ἄρ' ὁ τὸν δύναται ὑποφεύγειν οὔθ' ὁ διώκειν·
ὣς ὁ τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσίν, οὐδ' ὃς ἀλύξαι.

Hæc verba ex omnibus interpretibus nemo adhuc prorsus intellexit, licet alius aliud ceteris melius explicaverit *). Spurios hos versus iudicant scholl. AV.: ὅτι καὶ τῇ κατασκευῇ καὶ τῷ νοήματι εὐτελεῖς· καὶ γὰρ ἀπραξίαν δρόμου καὶ τὸ ἀπαράβατον σημαίνουσιν, ἐναντίως τῷ ὡς δέ τ' ἀεθλοφόροι περὶ τέρματα μώνυχες ἵπποι. Melius Eustathius, quocum consentit schol. B.: τὸ μὲν τάχος τῆς διώξεως καὶ φυγῆς τῶν δύο ἀριστέων ἐναργῶς ἤδη ὁ ποιητὴς ἐδήλωσε διὰ δύο παραβολῶν. ἐνταῦθα δὲ θέλων

---

*) Ad verum proxime accessit Vossius:

Wie man im Traume machtlos den Fliehenden strebt zu verfolgen,
Nicht hat dieser die Macht zu entfliehn noch der zu verfolgen.
So konnt' er nicht haschen im Lauf, noch enteilete jener.

Eo magis miror, Vilsterum in errorem superiorum relapsum:

Ret som i Drömme man ikke formaaer en Flygtning at fange,
Hverken kan hiin undlöbe ved Flugt eller denne ham gribe.

ἐνδείξεσθαι τὴν τοῦ δρόμου τῶν ἡρώων ταὐτότητα καὶ τὴν οἷον ἐν τῷ αὐτῷ μονὴν διὰ ἰσότητα τοῦ διώκειν καὶ φεύγειν, καὶ ὡς οὔτε Ἀχιλλεὺς ἐγγίσαι εἶχεν Ἕκτορι ὡς ἤθελεν, οὔτε αὖ ἐκεῖνος πόῤῥω διεκφυγεῖν, παραβολῇ τῇ ἀπὸ φαντασίας χρᾶται κ. τ. λ. Comparat enim poeta cursum Achillis et Hectoris cum inani somniantium cursu. *Sicut*, inquit, *in somnio nemo fugientem sequi potest, neque ille fugere neque hic insequi: ita ne horum quidem potuit alter effugere nec alter consequi.* Ita conversis poetæ verbis, vix quisquam putabit, hanc comparationem supervacuam fieri ea, quæ est v. 162. Ibi enim sola celeritas describitur certantium parique fere vi currentium: hac imagine infinitum certamen depingitur, relicto eodem semper inter utrumque intervallo. Ceterum in hoc lapsi sunt plerique atque adeo omnes, quorum quidem sententias cognoscere licuerit, ut ὑποφεύγειν et διώκειν eodem sensu, quo ἀποφυγεῖν et καταμάρψαι accipienda putarent, in altera quidem voce, cuius vis satis nota est, loci sententiæ morem gerentes, alteri, cuius usus paullo rarior, hanc vim tamquam suam tribuentes. Et maxime miror, Papium interpretationem suam confirmaturum quattuor locos laudasse, quorum omnium omnino turbatur sententia, si ὑποφεύγειν *entfliehen* vertitur.

31.

Il. 10, 351.

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται
ἡμιόνων κ. τ. λ.

Haec verba quo modo intelligenda essent, et alii viderunt et nuper excursu doctissimo exposuit Spitznerus, quorum disputationes breviter referens ita loquitur Crusius: *Der Sinn ist also: So weit ein Joch Maulthiere ackern kann, nämlich in der Zeit, dass Odysseus und Diomedes stehen bleiben, so weit lief Dolon voraus.* Non videt v. d., ita quidem spatium, quod definiendum erat, non definiri nisi circulo (quae nulla est definitio), celeritatem, quae non erat definienda, ita definiri, ut velocissimus ille cursor mulis arantibus celeritate aequiparetur.

32.

Il. 7, 180—190.

Descriptionis illius verae et simplicis, quae his versibus continetur, illud extremum est, ut Aiax calculum, quo nihil iam usurus erat, abiiciat. Nam quum novem illi principes sortituri suam quisque sortem nota distinctam in cassidem coniecissent, et sors Aiacis exsiluisset, praeco calculum in concione

circumferens et singulis ostendens, ut agnosceret, qui signo notatum in cassidem coniecisset, ad Aiacem pervenit. Is manu porrecta calculum a præcone accipit inspiciendum, inspectum agnoscit, agnitum in terram proiicit. Nostro quidem iudicio tota res tam apte descripta est, ut non actam audire sed oculis subiectam videre videamur. At Koeppenius, quem probat Crusius: *Wahrscheinlich im natürlichen, aber für uns zu ungestümen Ausbruch der Freude warf er das Loos zur Erde nieder. So werfen im Zorn Achilles und Telemach ihr Scepter zur Erde. So schlagen sich die Heroen im heftigen Affect die Hüften.* Ne veteres quidem interpretes omnes facillimum huius loci sensum perceperunt. Scholia quidem BLV: ὁ βάλλει δὲ χαμαὶ τὸν κλῆρον, τύπον τῆς ἥττης Ἕκτορος παρενθείς.

[illegible]

Il. 6, 435 sqq.

τρὶς γὰρ τῇ γ' ἐλθόντες ἐπειρήσανθ' οἱ ἄριστοι
ἀμφ' Αἴαντε δύω καὶ ἀγακλυτὸν Ἰδομενῆα
ἠδ' ἀμφ' Ἀτρεΐδας καὶ Τυδέος ἄλκιμον υἱόν κ. τ. λ.

Ante annotationem Crusii vix verendum erat, ne quis hos versus non recte intelligeret. Crusius, inductus annotatione Heynii ad alium locum (Il. 3,

205): et fragmento Stasini*), quod non magis huc pertinet: "*Dies bezieht sich*, inquit, *auf eine Begebenheit, welche vor dem Zuge nach Troja statt fand. Nach dem cyprischen Gedichte des Stasinus war dieser Angriff geschehen, als die Gesandtschaft der Griechen in Troja erfolglos gewesen war*". Nescio, an eadem ratio Vossio probetur; vertit enim: *dreimal haben ja dort es versucht die tapfersten Krieger.* Num est quisquam, qui credat, eosdem ita erraturos fuisse, si nullum umquam attigissent commentarium?

Ceterum auctoritate scholii apud Eustathium Crusius uti potuerat, qui, quum ad hunc locum cetera recte disputaverit, ipse improbans hæc addit: πῶς δὲ τὸ τοὺς Ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ ἐρινεοῦ ἐπιθέσθαι τῇ Τροίᾳ οὐχ ὡς γενόμενον ἄρτι νοοῦσιν, ἀλλ' ὡς πάλαι ποτὲ ἐπιχειρηθέν, ὥστε οὐ διδάσκει αὐτὸ ἡ γυνὴ τὸν Ἕκτορα, ἀλλ' ἀναμιμνήσκει, οὕτω δὲ καὶ τὸ περὶ πόλιν αἰπύ τε τεῖχος μάρνασθαι τοὺς Ἀχαιοὺς οὐ νῦν γενέσθαι φασίν, ἀλλ' ἐν ἄλλοις καιροῖς.

Non semel intempestiva doctrina in fraudem induxit Crusium, qui, quum ex Il. 23, 632 callide conclusisset, Aetolos ad gentem Epeorum pertinere, præ-

---

*) Ex fragmentis chrestomathiæ Procli hæc sunt: καὶ διαπρεσβεύονται πρὸς τοὺς Τρῶας, τὴν Ἑλένην καὶ τὰ κτήματα ἀπαιτοῦντες· ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουσαν ἐκεῖνοι, ἐνταῦθα δὴ τειχομαχοῦσιν.

maturo doctrinae expromendae studio in annotatione ad Il. 4, 537 *) pro Diore Epeorum duce ducem Aetolorum Thoanta ad inferos misit, nihil miratus, eundem Il. 7, 168 **) reviviscere.

34.

Il. 21, 504.

ἡ μὲν τόξα λαβοῦσα πάλιν κίε θυγατέρος ἧς.

Ad h. l. nec scholia nec Eustathius quidquam annotarunt. Paraphrastes et recentiores interpretes plerique (velut Heynius, Koeppenius, Dammius, Bothius, Stolbergius, Vossius) πάλιν κίε et θυγατέρος ἧς iungunt, et πάλιν eodem sensu, quo ὀπίσω, dictum putant. At hanc significationem πάλιν ἰέναι τινός numquam habet, ὀπίσω ἰέναι τινός non ante periodum Alexandrinam. Neque melius cum loci sententia, quam cum iunctura verborum, haec ratio convenit. Relictis armis Artemis in Olympum properavit. Eodem igitur Latona perrexit, si quidem secuta est. At neque adventus eius in Olympum commemoratur, et versu demum 518 cum reliquis

---

*) ὁ δ' Ἐπειῶν *d. i. Thoas, denn die Ätolier gehörten zum Volksstamm der Epeier.*

**) in annotatione de Thoante relegat lectores ad Il. 2, 736.

diis in Olympum rediisse videtur. Hac ratione improbata, Crusius, et ipse πάλιν κίε et θυγ. ἧς iungens, laudatis Od. 7, 143 et Il. 20, 439, vertit: "*rediit*". At si sibi constare vellet, vertere debebat: "discessit a filia sua"; quod si fecisset, ipsum non fugisset, quam vana esset ratio sua; ante enim aufugerat Diana, quam Mercurius cum Latona congressus victoriæ laudem ultro detulit, ut nullo modo dici posset Latona discedere ab ea, quæ iam fere in Olympum pervenerat. Omnino miror, cur interpretes, quum viderent, dictionibus πάλιν ῥέον, πάλιν ἰέναι, πάλιν οἴχεσθαι, similibus genitivum numquam addi, tamen verba, q. s. θυγ. ἧς, ad πάλιν, quam ad τόξα referre maluerint, præsertim quum hæc ratio multo simplicior esset, nec quidquam haberet, in quo offendi posset. Equidem non dubito, quin cum Vilstero vertendum sit:

Derpaa med Datterens Vaaben i Haand hun
bort sig forföied

et illa quidem sese recepit, collectis arcu et sagittis filiæ.

35.

Od. 7, 216.

οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο.

Hunc usum præpositionis, quoniam neque difficilis est explicandi ratio et recte intellexerunt Rostius,

Thierschius, Nitzschius, alii, non attingerem, nisi Gyntherus (de usu præp. ap. Hom. p. 34), quem Crusius probare videtur, aliam expediendi viam ingressus esset. Is hoc modo explicat: "tempore ventris esurientis i. e. esurienti cuique nihil molestius (sc. eo ipso)", quasi vero aut στυγερῇ γαστήρ esset venter esuriens, aut ἐπί cum dativo h. l. eandem temporis significationem haberet, quam obtinet in usu notissimo, sed qui huic dissimillimus sit, ἐπὶ νυκτί, ἐπ' ἤματι est. Loci sententia hæc est: Si quis omnia, quæcumque impudentia dici aut fingi possunt, ordine ita persequitur, ut comparando a minoribus ad maiora progrediatur et rei audacissimæ cuique aliam subiungat etiam audaciorem: quum tandem ad invisum ventrem (maledicit ventri, utpote cui quamvis invitus morem gerere cogatur), sed quum ad ventrem venerit, nihil iam reperire poterit, quod sit impudentius: neque enim *post* invisum ventrem quidquam molestius. Unum addam, ἀντιπτώσεως nomine, quod est in Schol. Pal., h. l. significari, dativum, addito ἐπί, pro genitivo, quem vocant, comparationis positum esse; ne quis, scholiastæ verbis taliter intellectis, rationem Gyntherianam confirmari credat.



26.

Od. 7, 107.

χαιροσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον.

Ex variis interpretandi rationibus, quas afferunt Eustathius et scholiastæ, haud scio, an plerisque probetur ea, quam ex veteribus Plutarchus (de Pythiæ orac. 4 T. IX p. 253 Hutt.), ex recentioribus Nitzschius et Crusius sequuntur. Hi verbis poetæ significari putant, tantam fuisse harum vestium subtilitatem densitatemque, ut oleum, si infunderetur, non solum non penetraret sed ne tantillum quidem adhæresceret delabereturque tamquam de lamina polita; quæ ratio quamvis sit subtilis, cum Homericæ simplicitate totiusque loci indole parum convenit. Neque enim ad imaginem texentium ancillarum quidquam confert hæc sententia et per se frigide et inepte additur, et si hanc sententiam exprimere voluisset poeta, non ἀπολείβεται (defluere ab al. ut Hymn. Hom. 23, 3) dixisset, sed καταλείβεται (Il. 18, 109).

Mihi quidem lucis aliquid nostro loco dare videtur Il. 18, 596:

οἱ δὲ χιτῶνας
εἵατ' ἐϋννήτους, ἦκα στίλβοντας ἐλαίῳ·

nam quæ vestes ἦκα στίλβειν ἐλαίῳ dicuntur, νεοΰφαντα καὶ ἔτι ἄπλυτα ὑφάσματα sunt, ut recte

Eustathius p. 1572, 5. Atque comparato utroque loco veri non videtur dissimile, ancillas stamina oleo conspersisse, ut hodie, qui sericas vestes texunt, gummea aqua utuntur, ne fila in texendo rumpantur; inde retinuisse novas vestes splendorem quendam, qualem nunc in linteis et byssinis vestibus appretura vocant.

"At enim, inquiunt, aliter explicandus est Il. 18, 596. Est enim ἦκα στίλβειν ἐλαίῳ tenuiter splendere tamquam oleo: ita saltem explicant interpretes." Eustathius quidem negat, quidquam usitatius esse, quam hanc ellipsin particulae ὡς. Nam ad Od. 3, 408: τὰ δὲ, inquit, ἀποστίλβοντες ἀλείφατος· ἀντὶ τοῦ ὡς ἐλαίῳ. λείπει γὰρ κἀνταῦθα τὸ ὡς, ὡς καὶ ἐν τῷ δέμας πυρός, ἀντὶ τοῦ ὡς πῦρ. καὶ ἐν ἑτέροις πολλοῖς οἷς ἡ Ἰλιὰς ἔχει. Quam vellem de multis illis exemplis unum nobiscum communicasset: asseveratio eius non sufficit. Certe iam nemo est, qui dubitet, quin alia quadam ratione explicandum sit δέμας πυρὸς αἰθομένοιο (Il. 11, 596). Unum affert exemplum schol. B. ad Il. 18, 596; unde si de reliquis coniecturam facere licet, ne his quidem ulla habenda fides. Nam ad Il. 5, 583 explicandum ellipsi particulae ὡς opus non esse, docet Il. 4, 141 sqq.

31.

Il. 13, 562 & 563.

ἀμενήνωσεν δέ οἱ αἰχμὴν
κυανοχαῖτα Ποσειδάων, βιότοιο μεγήρας.

Dass hier durchaus nur vom Leben des Antilochos die Rede seyn kann, fällt in die Augen. Aber es fragt sich, ob man μεγήρας *in seiner dativischen Beziehung, die hier nicht ausgedrückt ist, auf den Adamas selbst oder auf die* αἰχμή *beziehen soll. In jenem Fall ist der Ausdruck auffallend hart "ihm das Leben (nehmlich seines Feindes zu nehmen) verweigernd". Wenigstens müsste dann etwas dabei gedacht werden können, das ihm, als Gegensatz zu dem verweigerten Leben, gewährt worden wäre, z. B. eine Wunde doch dem Feinde beizubringen. Einzig richtig ist daher die von Heyne zuletzt angenommene Erklärung, und ganz klar aus der vorigen Stelle. Der Gott benimt dem Speere die Kraft und versagt diesem das Leben des Antilochos zu nehmen. Nehmlich in Beziehung auf den Speer ist nun ein hinreichender Gegensatz gegen* βιότοιο *dieses, dass der Schild, wie gleich darauf gesagt wird, von demselben durchbohrt ist.* Ita Buttmannus (l. l. 1, 260), quocum consentiunt Rostius, Passovius,

Papius, Crusius. Etiam Dammius *) et prior pars scholii BL. **) de vita Antilochi intelligunt βιότοιο μεγήρας, licet cum superioribus non nihil dissentiant. De vita Adamantis recte intelligunt Plutarchus ***) et altera pars scholii ****).

Equidem, quamquam non dubito, quin verbo moniti videant lectorum plerique, quam sit dura et contortula haec ratio, cuius veritatem in oculos incurrere dicit Buttmannus, et hac de causa totam disputationem eius proposui, licet sententiam paucis verbis exprimere possem, tamen breviter persequar ea, quae maxime reprehendenda videntur. Primum quod voci, q. e. μεγήρας, dativum additum esse negat, non vidit, οἱ ad utrumque verbum referri; nam si, hastae vitam Antilochi invideri, poeta significare voluisset, dativus audiri non potuit (cfr. Il. 23, 865); eorum quidem locorum, in quibus verbo, q. e. μεγαίρω, dativus additus non est (Od. 2, 235; 3, 55; 8, 206; Il. 7, 408), longe alia est ratio. Deinde quod Il. 4, 54 comparavit, ibi τάων non, ut Buttmannus laudato nostro loco (ut mutuam ope-

*) vitam eius ut rem magnam curans et cordi habens.

**) φθονήσας Ἀδάμαντι μὴ τὸν βίον Ἀντιλόχου ἀφέληται.

***) Plut. de audiendis poetis (p. 22 D.) καὶ τὸν βίοτον ποτὲ μὲν τὸ ζῆν — ἀμεγήνωσεν κ. τ. λ. — ποτὲ δὲ τὰ χρήματα.

****) ἢ φθονήσας Ἀδάμαντι τοῦ βίου καὶ ποιήσας αὐτὸν ἀναιρεθῆναι.

ram præstent), probare voluit, cum utroque verbo iungendum est, sed ad μεγαίρω e versu proximo audiendum τὰς διαπέρσαι. Tum nec video, quomodo βιότοιο μεγήρας minus dure cum voce, q. e. αἰχμή, quam cum ipsius Adamantis nomine coniungatur, nec quo iure tamquam necessarium quidpiam desideret Buttmannus, quod voci, q. e. βιότοιο, opponat, quasi necesse sit, ei, cui aliquid invideatur, rursus concedi aliquid. Postremo, si de vita Antilochi locutus esset poeta, Adamanti non condonata, non βιότοιο dicendum fuit, sed φόνοιο aut simile verbum aliquod, et si dici potuisset μεγαίρειν τῷ Ἀδάμαντι τοῦ βιότου τοῦ Ἀντιλόχου, vertendum fuit "non concedere Adamanti, ut viveret Antilochus"; nam ita modo vitam significat βίοτος, ut sit vita sua cuiusque sive, ut recte interpretatur Plutarchus, τὸ ζῆν.

Locum plane consimilem carmina Homerica non habent. Simillimus est locus Apollonii Rhodii 1, 289, ubi Alcimeda filio

ἔξοχα γάρ μοι
Εἰλείθυια θεὰ πολέος ἐμέγηρε τόκοιο.

Ut apud Apollonium dea Alcimedæ sæpius parere invidit, ita Neptunus nostro loco Adamanti vivere invidet, utpote quem in mediis hostibus telo destituat.



[illegible]

[illegible]

LOCI EMENDATI, ENARRATI, ILLUSTRATI.